NOUA COMMENTARIA IN CANTICUM CANTICORUM SELOMONIS \|! PER...

Agazio Guidacerio

Digitized by Google

68
13 E
39

Digitized by Google

NOVA COMMEN
TARIA IN CANTICVM CANTICO/
RVM SELOMONIS PER AGA/
THIVM CLERICVM.

Digitized by Google

DIVO CLAEMENTI SEPTIMO PONTI FICI MAXIMO AGATHIVS CLE/ RICVS CATACENSIS AD SPE CIOSISSIMOS BEATISSI/ MOSQVE PEDES EIVS PROVOLVTVS SE PER QVAM HV MILITER COMMENDAT.

SI hebraicæ ſanctæ linguæ authoritas,atq; dulcedo, Pa/
ter Beatiſſime & Græcorum ſimul,& Latinorum facun/
dia,& grauitas tuas laudes,quas uno ore omnes pro re/
ſtitutis,redditiſq; literarum ſtudiis prædicant , explicare
ſimul contenderent:proculdubio omne earum tituba/
ret eloquium:deficeret oratio:& nimirum eis ad minimã
illarum partem explicandã uerba deeſſent. Nam & ſi ni/
hil unq̃ antiquius fuit tuis non ſolum prædeceſſoribus Romanis Maximis
Põtificibus,ſed etiam tuæ inclytæ domus Medices maioribus , quam ſtudia
literarum,omneſq; bonas artes fouere,uiros ꝓbos,& literatos amplecti ,iu/
uare,ac omnibus deniq; fauoribus proſequi: Nihilominus his temporibus
erant,quibus hæc omnia q̃facillime,commodiſſimeq; præſtare poterant. At
ſanctitas tua,tanto etiam ſuis maioribus eſt præferenda,quanto hæc omnia,
mox in ſui Pontificatus auſpiciis,& temporum nouitate,non ex rerum afflu
entia,aut copia(ut ipſi)ſed ex debilitatis,& temporum infelicitate,pene ex
tinctis uectigalibus,oppſſiſq;,& attenuatis rebus omnibus,hæc omnia uiris
ſtudioſis ſuppeditat. Quam ob rem cũ diu non ſine maxima rei literariæ ia/
ctura ſiluiſſent Romana ſtudia,nec per quemuis,qui in cathedra Petri ſuc/
cederet Paſtor,reſtitui,reddiq; ſine ſtipendiorum ſaltem diminutione poſſe
uiderẽtur: Ecce reſpiciens Deus afflictam ſuam omnibus modis , his miſeris
temporibus,eccleſiam,te nobis Pontificem Maximum ,uirum magnanimũ,
fortiſſimum,prudentiſſimumq;,& omni uirtute ornatiſſimũ dedit . Qui in/
ter alia tua præclara facinora, mox per Reuerendiſſimum cardinalem Egi/
dium,uirum omni diuinarum,humanarumq; rerum eruditione , omniq; pie
tate,& uirtute præſtantiſſimum:necnon & per Romanæ Academiæ modera
torem Andream Iacobatium Lucerinum Epiſcopum , & uirtute , & ſacrarũ
literarum lectione uirum ſingularem,Romanum ſtudium inſtitui , apeririq;
iubes:& ſtipendia non tantum non diminui Profeſſoribus (ſicut omnium
ferebat opinio) uerum etiam (quod magnanimi,liberaliſq; Principis fuit)

in tanta rerum tenuitate,& pleriſq; benemeritis doctoribus augeri, nouos quoq; conduci uoluiſti. Ad hæc,non eſt meum inſtitutum nunc dicere quá/ ta prudentia,modeſtia,pace,ſũmaq; Iuſtitia moderaris omnia: Quãtoue ſtu dio,cura,ac ſollicitudine diſſidentes peccatis noſtris inter ſe principes chri/ ſtianos a bellico furore reuocare,& amicitiã,& pacem inter eos componere: perditamq; recentium hæreticorum hæreſim extinguere, & prorſus delere contendis. Vnde ſpes ſũma data eſt oĩbus,te Paſtore, & Catholicæ eccleſiæ duce, ac moderatore,futurũ eſſe,ut redeat adhuc priſtina illa pax & trãquil litas cum uictoria ſũma de hoſtibus Chriſti orbi chriſtiano, Qui tot bellis, tot peſtibus, tot crucibus, & malis deniq; omnibus, quæ propter peccata hactenus perpeſſi ſumus,dicere illud ꝓpheticum poſſumus. Miſericordiæ domini,quia non ſumus ↄſumpti. Tum & illud, ad ↄceptam oĩb⁹ de ſancti/ tate tua,maximam rerum omnium bene,ac feliciter gerendarũ expectatio/ nem addimus, ꝙ & nouellam linguæ hebraicæ plantam, cuius fructus eſt uita æterna,& totius catholicæ eccleſiæ ſalus,a felici memoria Leonis Deci mi prædeceſſoris,ac Patruelis tui in Romana academia,& inde in tota ec/ cleſia plantatam irrigas. Meq;,qui eiuſdem plãtæ colendæ prouinciam, in/ ter Chriſtianos,non ſine ſũmis laboribus linguæ alienæ diſcendæ, docen/ dæq; ſudoribus ſuſcepi,foues,ac ſtipendiis auges. Propterea ne tanti bene/ ficii immemores,aut ingrati(quod abſit)eſſe uideremur, diu mihi cogitanti, quid ſanctitati tuæ,ad grati animi ſignũ,pro noſtra paruitate muneris offer re poſſemus, uenit in mentem,quod a Reuerendo Datario tuo Ioanne Matthæo Gyberto uiro tum literis, tum ſanctiſſimis moribus ornatiſſimo, & unico omnium doctorum,& proborum uirorum,apud ſanctitatem tuam præſidio,accepimus:clementiam tuam,ſcilicet,nulla alia re magis eblecta/ ri interdum,cum per maximas occupationes licet, q̃ aliqua eruditiſſima de ſacris ſcripturis ſermocinatione. Quam ob rem,pro tuis in nos, Romanãq; academiam immortalibus beneficiis,ſtatui,tibi Pater Beatiſſime, Canticum cãticorũ Selomonis in præſentia,nouo quodã nr̃æ trãſlationis organo ca/ nere:perq; nouos noſtros Cõmentarios ipſius Selomonis intentionẽ, litera lem ſenſum,methaphoris totum,& tranſlationibus rerum currentem,miro, ac auribus hominum inaudito artificio editum, planum, apertumq; facere. Quam quidem ad rem adhortata eſt nos in primis Chriſti charitas, chriſtia/ naq; pietas,ac ueritas. Quam cum non inquiri,inueſtigariq; in ſacris literis, (ut Dominus ipſe nos admonuit.)quin potius aperte oppugnari, conculca riq; his miſeris tpib⁹ & pditis morib⁹ cõſpiciamus:non grauiter,ac pmoleſte ferre, ſũmoq; affici dolore nõ poſſum⁹. Quis enĩ tam adamantini eſt pecto ris,qui æquo animo ferat,Romanam orthodoxam,catholicamq; eccleſiam, Chriſti ſanguine redemptam,Petriq; principis apoſtolorum prædicatione, & martyrio fundatam,ac proinde omnibus mũdi eccleſiis præpoſitam, a q/

buſdam uulpeculis,qui dudum ex foueis in Germania proſiluerunt,calumniam pati? & quibuſdam eorum præſtigiis,ſophiſticiſq; captiunculis impeti? Quis inquam non grauiter,& iniquo animo ferat, Romanos eccleſiaſticos,literarum omnium Principes,a Germanis uulpeculis recentibus Lutheranis hæreticis,per ſũmam contumeliam,non homines,ſed truncos,ac ſtipites appellari? Quaſi ipſi cum hæc tam petulanter iactitant,eorum nouis ingeniis,& ſacrarum literarum ſũma peritia,(ex illo diuino Ieſu chriſti oraculo,Scrutamini ſcripturas & reliqua,admoniti)aliquid noui : Quod ad Chriſtianam ueritatem illuſtrandam nimirum faceret, nondum a Romanis eccleſiaſticis,per accuratiſſimum ſacrarum literarum ſcrutinium inuentũ ,in medium protuliſſent:nobiſq; paruulis(quod mõſtri ſimile eſſet)panem ad mãducandum,de ſacris literis fregiſſent:& omnes reprobatiſſimas in conciliis patrum ueteres hæreſes nobis non potius ſuſcitaſſent? Quam obrem,quia (ut ille dixit)facit indignatio uerſus:Propterea,ut eos partim ſcelerum ſuorũ , partim ineptiaꝝ pœniteat(& ſi inter Romanos eccleſiaſticos minimus) Canticum canticorum Selemonis,potiſſimum tamen, in multis, partim deprauatum,partimq; perperam ex hebræo in latinum redditum:& propterea præterq̃ ab Origene,(qui Hieronymo teſte,In aliis alios,in Cantico canticorum uero ſe ipſum uicit)non ſatis enarratum,explicatumq; de integro ad uerbum,ex hebræo reddere,exponereq; auſi ſumus:ut uel ex hoc aduerſarii noſtri intelligant , Romanam orthodoxam eccleſiam , ſicut nunq̃ olim, ſic & nunc non carere uiris,qui ſacras & ſcrutantur, & interpetrari poſſunt literas:a qbus eos,& ſui ſimillimos erudiri,doceriq; oporteat : & ut ſimul nõ humanis ratiunculis,ſed ipſarum ſanctarum ſcripturarum authoritate conuincantur,coganturq; fateri,ꝙ ſicut olim apud patres hebræos unus erat ſũmus omnium ſacerdos,qui in Hieruſalem:ſic & poſt aduentum Chriſti unicum eſſe ſũmum omnium eccleſiarum orbis terrarum Paſtorem Romanum pontificem. Quam quidem rem,& per Selomonem ipſum, & per hebræorũ doctores,poſteaq̃ domeſticos fidei græcos,& Latinos,non ſine maximo eoꝝ perfidiæ crimine,non recipiunt doctores,facile in progreſſu noſtræ expoſitionis obiter oſtendemus. Et quo ipſi qui in tribus linguis ſe pitiſſimos præter cæteros eſſe præſumunt,facilius noſtræ expoſitionis ueritatem perſpicere,& redarguere,ſi poterint,ualeãt. Scire eos uolumus,nos in præſentia potiſſimum ſequi pitiſſimos,Rabbi Selomonem,Abraam Abenezra , Leui Bẽ gerſon,& alios. Ex quibus tanq̃ ab ægyptiis argentum,& aurum ,omni ſtudio,cura,ac ſolicitudine eripere contendimus. Et ſi eos,nõ ut interpretes ſequimur,ſed caſtigatione adhibita,e fontibus eorum Iudicio ,arbitrioq; noſtro,quantum quoquomodo uidebitur,hauriemus. Et eo libentius Beatiſſime Pater hoc negotium ſuſcepimus,ex quo omnes,quos ab initio Eccleſia paſſa eſt,& patietur euentus: & in primis horum temporũ , quæ ab hoſtibus

ſidei, & ipſis Lutheranis Hæreticis ingruũt mala, omnia explicata ferme, nedum figurata comperiuntur in hoc myſteriorum eccleſiæ pleniſſimo libello Cantico canticorum. In quo de his omnibus perſpicuus ſermo eſt inter Spõſam Eccleſiam, & ſponſum Chriſtum. Quos in præſenti libello per dulciſſimum Epithalamicum carmen de omnibus Eccleſiæ euentibus inducit Selomo loquẽtes: ſicut ſuis in locis latius, cõmodiusq́ explicare, ſecũdũ Domini gratiam ſuper nos intendimus. Nunc ne longiore procemio Sanctitatem tuam aliis grauioribus curis occupatiſſimam, diutius remoremur, Selomonem ipſum e fontibus hebræorum, ad uerbum exprimere, exponereq́ aggrediemur. Et diu feliciter, digneq́. S. Tua Catholicæ eccleſiæ præſit.

AMEN.

Digitized by Google

AGATHII CLERICI CATACENSIS SVPER CANTICVM CANTICORVM SELOMONIS EXPOSITIO.

Quæ in principiis librorum requiri ſolent, ea breuiter libanda primum cenſemus: Vitam ſcriptoris, Intentionem ſcribentis, Titulum libri, Numerum librorum, Cui parti ſacræ ſcripturæ hic liber ſubiiciatur. Vita ſcriptoris manifeſta eſt, uel ex ipſa ſacra ſcriptura, quæ prædicat Selomonē filium Dauid fuiſſe regem Hieruſalē potentiſſimum, ſapientiſſimum, Regem filium regis, Sapiētem, filium ſapientis, Iuſtumq; filiū iuſti: & deniq; in omnibus patri ſuo Dauid maximo, ac ſpectatiſſimo apud deum, & homines uiro ſimilem. Nam regnauit Dauid annis quadraginta, teſte ſcriptura, quæ Regum tertio, capite ſecundo dicit. Et dies, quibus regnauit Dauid ſupra Iſrael quadraginta anni: & Selomo conſimiliter regnauit annis quadraginta, dicente Scriptura, Paralip. ſecundo, capite nono. Regnauit autem Salomon in Hieruſalem ſuper omnem Iſrael quadraginta annis. Dauid regnauit ſuper Iſrael & Iudā, & Selomo ſuper Iſrael & iudam. Dauid ædificauit, unde ſecundo regū, capite quinto, ſic legitur. Habitauit autem Dauid in arce Sion, & uocauit eā ciuitatem Dauid, & ædificauit per gyrum a Mello & intrinſecus: & Selomo ædificauit templum Domini, teſte ſcriptura, Quæ paralipo. ſecundo, capite octauo ait. Aedificauit Salomon domum Domini, & domum ſuam, ciuitates quas dederat Hiran Salomoni. Dauid ſcripſit pſalmos, & Selomo ſcripſit Prouerbia, & Eccleſiaſten. Dauid cecinit cantica domino, teſte ſcriptura: quæ ſecundo regum, capite uigeſimo ſecundo, ait. Et locutus eſt Dauid domino uerba cātici huius. Et Selomo cecinit præſens canticum. Dauid dixit omnia huius mundi eſſe uanitates, cum pſalmo ſexageſimo ſecundo ait. Veruntamē uanitas filii hominum: Et Selomo dixit, Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Et deniq; Rabbi ſimeon nomine Rabbi Ionathan dixit, Patrē & filium per omnia ſimiles. Vnde inquit, Quia ipſi Dauid remiſſa fuerunt peccata a domino, teſte ſcriptura, quæ ſecundo Regum, capite duodecimo inquit. Etiam dominus tranſire fecit peccatum tuum, non morieris: Propterea & de Selomone intelligēdum conſimiliter, & ſi in ſcriptura, nulla mentio. Cæterum illud inquit huius rei maximum eſt argumentum, quia & poſt peccata deſcēdit ſuper eum ſpiritus ſanctus: In quo compoſuit tres libros Prouerbia, Eccleſiaſten, & præſens Canticum canticorum. Intentio ſcribentis eſt, ſub aptiſſima tranſlatione, & metaphora ſponſæ & ſpōſi per pulcherrimum, elegantiſſimumq; Epithalamicum carmen agere de incomparabili Chriſti in Synagogā, eccleſiamq; amore. Et rurſus de ſynagogæ, eccleſiæq;

Digitized by Google

in Chriſtum beneuolentia: ac de omnibus euentibus, qui ab initio tantæ de
ſponſationis Synagogæ, in figura ad eccleſiam ſucceſſerunt. Nam ſicut Spõ
ſa & Sponſus tempore deſponſationis eorum, inter dulces ſuas confabula/
tiones, recenſent omnia eorum bona, nec etiam prætermittunt, quin in ſua
læticia leniter attingant & mala, quæ poſſunt eis euenire. Sic hic Sponſa ec
cleſia patrum hebræorum inter confabulandum cum Sponſo ſuo Chriſto,
meminit & mala ſua, quæ ei per non ſeruatam ſponſo ſuo fidem acciderũt.
Quin etiam & ipſe Sponſus, & ſi eam dulciſſimis conſolatur modis, nihilo/
minus perq̃ leniter, & quatenus per Epithalamicum carmen (quod læticiæ
eſt) licet, pluribus in locis non diſſimulanter inſinuat ei uentura mala, & in
primis illud (quod omnium malorum caput & origo eſt) Sciſſuram ſcilicet
& diuiſionem mẽbrorum a capite, ſicuti ſuis locis obiter dicturi ſumus. De
inde in calce libri, & illud quod propter ſuam ipſius acerbiſſimam mortem
(cuius meminit) futurum erat ipſi Synagogæ maximũ malum, ſcilicet trãſ/
lationis uineæ dñi Dei Sabaoth ab ipſis hebræis ad gentes, & ab ipſa Me/
tropoli hebræorum ciuitate Hieruſalem ad Metropolim gentium Vrbem
Romam. Titulus libri eſt Canticum canticorum, quod Selomoni. Quia con
ſtat in aliis ſuis libellis, Selomonem, uarios ſui nominis & cognominis indi/
diſſe titulos. In Prouerbiis enim ſic incepit. Prouerbia Selomonis filii Da/
uid regis Iſrael. In eccleſiaſte autem ſic. Verba eccleſiaſtes regis Hieruſalẽ.
In hoc uero ſine ulla ſui cognominis adiectione ſic. Canticum canticorum,
quod Selomoni. Propterea ipſorum titulorum differentiam penitus conſi/
derantes docti ueteres hebræoꝝ doctores, & cauſas eoꝝ uarietatis q̃re .ſ. in
ꝓuerbiis appellat ſe regem Iſrael, in Eccleſiaſte uero Regem Hieruſalem:
Et in præſenti libro ſe Selomonem ſimpliciter nominauit, diligentius diſcu
tientes, exiſtimauerunt hoc a ſapientiſſimo Selomone factum, ex eo, quia cũ
librum ſcriberet Prouerbiorum, tunc primum mortuo patre regnum acce
pit ſcripſit enim (ut communiter omnes doctores ſentiunt) hoc Canticum
in adoleſcẽtia: Prouerbia in ætate prouecta: eccleſiaſten uero in ſenectute.
Quamobrem cum primum accepiſſet regnum Selomo, ueritus ne propter
perpetuas diſſenſiones, & ſimultates, quæ erant inter Iſrael, id eſt decem tri
bus, & ſacerdotalem ac regiã ciuitatẽ Hieruſalẽ tribus Iudæ, & Beniamin,
Iſrael (ut ſæpe alias) deficeret, & a Hieruſalẽ capite & tribu Iudæ rebellaret.
Propterea ſe regem, & dñm Iſraelis potiſſimum in principio ſui regni in ꝓ
uerbiis profeſſus eſt: ut uel ex hoc eoꝝ peruicacẽ animum contũderet, atq;
compeſceret. In Eccleſiaſte autem, quem edidit in ſenectute, cum per mul/
tos iam dominatus annos, nihil de rebellione Iſrael uereretur, mutauit Ti/
tulum, ſe Regem Hieruſalem uocans, & non amplius Iſrael, deferens tã/
tum honorem Metropoli, Sacerdotaliq;, & Regiæ Sanctæ Ciuitati Hie/
ruſalem: Quæ tunc temporis & propter Templum Domini, & propter

Digitized by Google

magnum qui in ea reſidebat ſacerdotem, Princeps, & caput erat totius Iſra-
el: Inſuper & typus, & figura nouæ Hieruſalem urbis Romæ. Quemadmo-
dum enim magnus totius populi Dei ſacerdos reſidebat tunc temporis in
Hieruſalem, & ad eum totus populus Iſraeliticus ter in anno in tribus præ-
cipuis, & maximis celebritatibꝰ undiq; ꝯfluebat, & in anno Iubilei ad oĩum
peccatorum expiationem conſequendam: ſic futurum erat & in noua Hie-
ruſalem Vrbe Roma, poſteaq̃ propter occiſum in Hieruſalem Ieſum Chri-
ſtum reprobatus eſt populus non uere Iſraeliticus, & in hæreditatē eius uo-
catæ ſunt gentes: Iuxta illud euangelicum, Malos male perdet, & uineā ſuā
locabit aliis agricolis. Vnde factum eſt, ut propter immaniſſimum dictæ oc-
ciſionis Chriſti peccatum deſolata, & ſolo æquata per Titum & Veſpeſia-
num Hieruſalem, eius primatus, ſanctitas, authoritas, & poteſtas trāſlata ſint
per Petrum principem apoſtolorum ad Metropolim, & principem omnium
gentium urbem Romam. Sicut prophetatum fuerat per Dauid in Pſalmis.
Qui proſpiciens per ſpiritum ſanctum regnum, & gloriam, ac ſanctitatem,
ab hebræis tranſferenda ad gentes, & primatum a Metropoli Hieruſalem
ad Vrbem Romā: in quinquageſimo nono, & rurſus in centeſimo ſeptimo
pſalmo, ad maiorem rei expreſſionem eadem uerba replicans dixit. In Idu-
meam extendam calciamētū meū, mihi alienigenæ ſubditi ſunt: Quis dedu
cet me in ciuitatē munitam? Quis deducet me uſq; in Idumeam? Quis dedu
cet me in Idumeam. i. in patriam gētium. Quæ ſic dicta eſt ab edom, quod
cognomen fuit ipſi Eſau. Quis deducet me in ciuitatem munitam? hoc eſt,
in urbem Romam, munitam, & potentiſſimam. Alluſitq; perq̃ eleganter ad
eius etymologiam, Roma enim græce, latine fortitudo, munitio, atq; præſi-
dium. Item & pſalmo trigeſimo gratias agens deo de exaltatione ſua in ciui
tate munita Roma, inquit, Benedictus Dominus, quia mirificauit miſericor
diam ſuam mihi in ciuitate munita. Et rurſus pſalmo trigeſimo quarto ex-
preſſius iuxta eundem ſenſum dixit ſic: Cōfitebor tibi in eccleſia magna, in
populo graui laudabo te: In hebræo autem ſic: Beham azzum, ideſt in po-
pulo forti laudabo te, hoc eſt in pōpulo Romano græce, id eſt forti latine,
o'im oĩum gētiū fortiſſimo & Pricipe. & nūc ob cathedrā, & oſſa Petri prin
cipis apoſtoloꝝ, & Pauli doctoris gentiū, oĩum eccl'iarū mūdi prima, & prin
cipe Romana eccleſia. Soli enim Petro traditæ ſunt claues regni cœlorum:
& ſoli Petro ex omnibus apoſtolis ter dictum a Domino, Paſce oues meas.
Vt igitur Selomo (ut ad rem redeamus) utranq; & ueterem, & nouā Hie-
ruſalem tantas, ac tales a deo electas in habitaculum ſuum ſacerdotales ci-
uitates, titulo etiam regni condecoraret, honeſtaretq;, ac oſtenderet utranq;
Hieruſalem a Deo toti orbi terrarnm tum Sacerdotali, tum Regia, ſiue
Imperiali (ut nūc nos dicimus) dignitate prælatam. In ſenectute ſua in
libro Eccleſiaſte, ſe regem Hieruſalem, & non Iſrael appellauit. Quam

Digitized by Google

quidem utranq; & ueterem, & nouam Hieruſalem in præſenti dramate cantico canticorum, ſub nomine ſponſæ, introducit loquentem cum ſponſo Chri/ ſto. Et in primis ueterē, cuius euentus omnes, ſigna ſunt & figuræ nouæ Hie ruſalem. omnia enim (ut inquit Apoſtolus) in figura contingebāt illis. De inde & pluribus in locis expreſſiſſime, & ipſam nouam Hieruſalem catholi/ cam Romanam eccleſiam, ab hebræis & uetere Hieruſalem, ad gentes, ad caput ipſarum urbem Romam tranſlatam, ſicut latius ſuis in locis expoſitu ri ſumus. His ſic ſe habentibus, accedendum eſt nunc ad titulum præſentis libri Cantici canticorum: Qui nimirum longe adhuc diſcrepat a prædictis duobus: Nam in eo abſq; ullo cognomine, leſelomo tantum eſt inſcriptum. Quod mirum omnibus uidetur. Nam & ſi ex eo quia cum præſens mirabile canticum ſcriberet Selomo, regnum nondum acceperat: ſcripſit enim (ut di ximus) librum hunc in adoleſcentia: propterea non ſe regē nominauit. Sed cur obſecro (quod magni erat honoris, & dignitatis) ſicut & in aliis titulis neq; filium Dauid ſe nuncupauit? Sed ſolum dixit Canticum canticorum Leſelomo? Quam quidem ad rem dicendum cum antiquis, & recentibus he bræorum doctoribus, Selomonem in præſenti titulo, non ſolum a ſuo abſti nuiſſe cognomine, ſed etiam ab ipſo ſuo ipſius nomine. Selomo .n. hic (ut omnes docti ueteres, & recētes hebræorum inquiunt doctores) non eſt pro/ prium Selomonis: ſed epitheton ipſius regis Chriſti Meſſiæ, Qui (ut iidem ſentiunt doctores) appellatur Selomo, eo quod Salom id eſt pax: Sello: id eſt ſua. Et cōſimiliter & Selomo, quod in titulo ſeptuageſimi primi pſalmi, qui in/ cipit. Deus iudicium tuum regi da: & reliqua. Ex ſententia eorundem oīum ueterum, & recentium hebræorum doctorum, non eſt nomen regis Selo/ monis, ſed Chriſti Meſſiæ, quod uel ex eo (inqunt) maxime patet, quia pſal mus non conuenit regi Selomoni, Sed ſoli Chriſto Meſſiæ: Quod perſpi/ cuum eſt per totum pſalmum, & maxime cum dicit: Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. Ex his ergo pro in/ telligentia præſentis Cantici canticorum, ex ſententia omnium hebræorum doctorum, accuratius animaduertendum, quod non ſolum hoc nomē Selomo, quod in titulo præſentis libri, ſed & omne aliud, quod ſubinde in eodem re peritur, non accipiēdum eſt pro ſuo ipſius Selomonis nomine, qui author eſt libri: ſed pro epitheto ipſius regis Chriſti Meſſiæ. Item quod nos cum eiſdem doctoribus ſentientes, ſic & ubiq; in præſenti libro idem nomē Selomo ſu/ mus expoſituri. Liber cātici canticorum unicus eſt. Qui tum ab hebræis, tū a catholicis, & ſi totus prophetia eſt: nihilominus non cum prophetis, ſed cū agiographis coordinatur. Et ratio eſt, quia omnia quæ ſcripſit Selomo: ut pro uerbia: quibus incipientes Deum diligere: & Eccleſiaſten, quo proficientes, & præſens Canticum canticorum, quo perfectos inſtituit, per ſpiritum ſan/ ctum (ut omnes hebræorum doctores ſentiunt) ſcripſit, & non per modū

Digitized by Google

Prophetiæ. Quæ ex quo alio quodam modo fiebat, ſeparata eſt ab agiogra/
phis ſcripturis. Diuiditur enim tota ſcriptura in partes tris, uidelicet in Le/
gem, in Prophetas, & in agiographa. Et inter agiographa quidem, & ꝓphe/
tias ipſas hoc maxime ſecũdum doctos ueteres hebræoꝝ doctores intereſt.
Quia propheta non uidet, aut intelligit aliquid, niſi prius ab omnibus ſuis
exterioribus ſenſibus fuerit abſtractus: & ſic uidet quaſi hominem ſecũ lo/
quentem: aut certe uidet aliquam ſimilitudinem: aut audit uocẽ ſibi loquẽ/
tem. Et hoc contingit prophetæ in ſomno, uel in uigilia pariter: & ſi excel/
lentior eſt Prophetia uigilantis q̄ dormientis prophetæ, ſicut latius diximus
in cõmentariis ſupra Danielem. Qui autem uidet per Spiritum ſanctum, ſi/
cut Selomo, & Dauid, & alii: non abſtrahuntur a ſuis exterioribus ſenſibus,
ſicut Prophetæ: ſed cum nullis grauioribus ſubditi peccatis templum facti
ſunt Spiritus ſancti, diuinarũq; rerum ſtudiis, & operibus maxime intendũt:
tunc in ſuorum ſenſuum plenitudine, & perfectione audiunt uocem ſibi lo
quentem, & ſe ad diuinum amorem excitantem, atq; inflãmantem: ſentiũtq;
hi beatiſſimi homines poni uerba ſapientiæ, & intelligentiæ in lingua, & in
labiis eorum. Et hoc eſt quod dixit Saluator: Spiritus ubi uult ſpirat, & uo/
cem eius audis, ſed neſcis unde ueniat, aut quo uadat. Et rurſus dixit, Para/
clitus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille uos do
cebit omnia, & ſuggeret uobis omnia, quæcunq; dixero uobis. Quia igitur
per ſpiritum ſanctum ſcripſit Selomo, ſicut & pater eius Dauid: qui cõmiſ/
ſo peccato adulterii, clamabat, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas a me.
Propterea inter agiographas ſanctas ſcripturas a Spiritu ſancto inſpiratas
eorum ſcripta cõnumerantur, & non cum Prophetis. Qui alio excellentio
re quodam modo intellexerunt res. Et de his ſcripturis intellexit Apoſtolus,
cum dixit. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum: Sed
prohdolor, non ſcripturæ diuinitus inſpiratæ docentur, aut leguntur his tẽ
poribus, ſed quia impletum eſt illud Apoſtolicum. Veniet enim tempus, cũ
ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ꝓ diuinitus inſpiratis ſcripturis, Quæ/
dam curioſæ quæſtiunculæ, inuentiones hominum, ſtudioſius & leguntur, &
docentur. In quibus cum omnem eorum ætatem fruſtra conſumpſerint, ni/
hilq; penitus de diuinitus inſpiratis ſcripturis in ipſis fontibus aſpexerint,
non pudet illos falſiſſimo nomine ſe Theologos, & magiſtros etiam in ſacra
pagina appellare. Sed de his hactenus. Nũc inſtitutum opus aggrediamur.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
INcipiunt Cantica Canticoꝝ.	Canticum canticoꝝ, quod Selomoni.

INcipiunt Cantica canticorum. ſic in uetere latina tranſlatione. In græ/
co autem rectius ſic. Ασμα ἀσμάτων, ὅ ἐστι τῷ σαλμῶν. hoc eſt Canticum canti/
corum, quod eſt Salmon. In hebræo autem ſic, Canticum cãticorum, quod
Selomoni. Hic eſt titulus præſentis libri. qui quãtæ ſit authoritatis, momen/

Digitized by Google

ti,atq; ponderis,mox oſtenditur ,cum non dicatur canticum ſimpliciter ,ſed Canticum canticorum,ſicut quædam a Moſe dicta ſunt , nõ ſolum ſancta, Sed ſancta ſanctorum: Et quædam , nõ ſolum ſabbata,ſed ſabbata ſabbatorum. Sic & præſens canticum ob ſuam excellentiam,dicitur non ſolum canticum,ſed Canticum canticorum. Edidit enim Selomo quinque ſupra mille cantica,teſte ſcriptura,quæ Regum tertio,capite quarto, ſecũdũ ueterem latinam tranſlationem, ſic inquit. Locutus eſt quoq; Salomon tria milia Parabolas,& fuerunt carmina eius quinq; milia. Secundum uero hebraicã ueritatem,poſtrema uerba habentur ſic: Et fuerunt cãtica eius quinq;,& mille. Quibus quidem quinq; & mille cãticis,diuinas celebrauit laudes Selomo. Et horum canticorum reſpectu,hoc per excellentiam dicitur Canticum cãticorum. Item diſſeruit Selomo de natura & uirtutibus omnium fere rerum naturalium. Quod patet ex his,quæ conſequuntur ibidem. Subiũgit enim ſcriptura ſic: & diſputauit ſuper lignis a Cedro,qui in Libano , uſq; ad Hyſopum,quæ egreditur de pariete. Et diſſeruit de Iumẽtis,& Volucribus, & Reptilibus,& Piſcibus. Et ueniebant de cunctis populis , ad audiendum ſapientiam Salomonis. Quæ quidem cantica,& de cæteris rebus libri,atq; tractatus,ad unum perierunt,propter captiuitates nationis hebræorum: ſolum extant Prouerbia,Eccleſiaſtes,& præſens libellus Canticum cãticorum . Et ſequitur in titulo:quod Leſelomo , hoc eſt quod Chriſto Meſſiæ pacifico, ſubaudi fuit cantatum per regem Selomonem.

Vetus Tranſlatio.

OSculetur me oſculo oris ſui, Quia meliora ſunt ubera tua uino: fragrantia unguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuũ: Ideo adoleſcentulæ dilexerũt te.

Noua tranſlatio.

Oſculetur me de oſculis oris ſui, quia meliores amores tui,q̃ uinum. Ad odorem oleorum tuorum optimorum: oleum effuſum nomen tuum : Propterea adoleſcẽtulæ dilexerũt te.

OSculetur me oſculo oris ſui. Ita in uetere latina tranſlatione. In græco aũt ſic. φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων ςόματος αὐτοῦ. hoc eſt, Oſculet̃ me ab oſculis oris ſui: Et ſimiliter in hebræo. Cãtaturus Selomo incomparabilem inter Chriſtum Meſſiam,& populum ſuum Iſraeliticum , mutuum amorem & affectum,mira ac noua dicẽdi arte,per tranſlationem & Metaphoram ab humano coniugio ſumptam,ſub perſona populi ,in hoc cantico introducit paruulam puellam,quibuſdam adoleſcentulis puellis comitibus comitatã: Et ſub perſona Paſtoris,Chriſtum Meſſiam, paſtoribus ſociis comitatũ,inter ſe loquentes,foris in campo,ubi cõmodius q̃ in ciuitate per quietem res amatoriæ tractãtur. Et primas partes dat puellæ,quæ admodum paruula (& ut dicetur in ſequentibus) ubera adhuc non habens: Cuſtodiebat uineas ,ſicut ipſamet inquit. Poſuerunt me cuſtodem uinearum. Vnde cum uidiſſet

Paſtorem

Digitized by Google

paſtorem Chriſtum Meſſiam, ſibi iam olim promiſſum per Prophetas fu-turum Sponſum, paſcentem oues, non dubitat Puella talibus ipſum di-ctis aggredi. Oſculetur me de oſculis oris ſui: Quaſi cum toto animi af-fectu diceret. Quam diu Sponſus meus mittit mihi oſcula per Moſe, mit-tit mihi oſcula per Prophetas. Oſculetur iam obſecro me Sponſus me-us de oſculis oris ſui. Et dicit oſculis numero multitudinis ad expreſſius ſignificandum ſuum ardentiſſimum amorem. Et dicit oſculetur, tertia pro ſecunda perſona: ſicut mos eſt interdum Sacræ ſcripturæ. Ex quibus pla-niſſime conſtat, poſt Prophetas uenturum fuiſſe Chriſtum. Qui ſuis oſ-culis ſuam oſcularetur eccleſiam. Oſculetur me de oſculis oris ſui, Ac ſi diceret, Tædet iam me iſtorum quottidianorum oſculorum per Prophe-tas: a te ipſo iam, qui totius conſolationis mihi author eris, cupio deoſcu-lari. Veni igit tu ipſe ſpōſe mi, cū tuis oſculis: hoc eſt, cū illa benedictione, quam pollicitus es patri noſtro Abraæ Geneſeos Vigeſimo ſecundo capi. dicens. Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicen-tur in ſemine tuo omnes gentes, quia obediſti uoci meæ: Et rurſus per pro phetam Pſalmo ſeptuageſimoprimo dictum eſt. Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum: his oſculis iam cu pio oſculari, & his benedictionibus repleri, ac ſatiari: Quas mihi ne-mo alius, niſi tu ſolus afferre potes. Oſculetur igitur me dulciſſimus ſpō-ſus, & dominus meus oſculis oris ſui, & non Prophetarum. Quia me-liora ſunt ubera tua Vino. Sic in Græco & in Latino, In Hebræo autem ſic: Quia meliores ſunt amores tui, q̄uam Vinum: Et eſt ratio ſuæ petitio-nis. Propterea inquit cupio oſculari a te, quia meliores amores tui, quā uinum: hoc eſt, amores tui ſunt dulciores, & ſapidiores, quam conuiuia, & quam omnis humana uoluptas, gaudium, atq; lætitia. Per Vinum enim Scriptura hic intelligit omne maximum humanum gaudium, atq; lætici-am: Et ſenſus eſt, longe melius eſt mihi tibi adhærere, te amare, teq; frui, quam inebriari uino, idest omnibus uoluptatibus, omnibuſq; huius mun di deliciis, gaudiiſq;, ac felicitatibus: Quia meliores amores tui, quam ui num. Amores tuos dico illos, quos cœpiſti iam mihi communicare, & oſtendere in monte Sinai, dans mihi Legem, & loquens mecum facie ad faciem: Quæ fuerunt ſigna maximi tui erga me amoris, & affectus. Et pro-pterea non dubito, & longe maiora a te petere. Fragrantia unguentis op timis: Sic in Latino. In Græco autem ſic. ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώ-ματα. hoc eſt, & odor unguentorum tuorū ſuper omnia aromata. In Hebræo autem ſic, Ad odorem unguentorum tuorum optimorum. Quia tota intē-tio amantiſſimæ, ſimpliciſſimæq; puellæ, eſt perſuadere paſtori Chriſto ue-nire ad ſe deoſculandam: propterea nititur nunc allicere ipſum, & magnis

Digitized by Google

promiſſionibus dicens: Ad odorem unguentorum tuoꝶ optimoꝶ. Primum notandũ, hic ſuſpendi orationem in Hebræo per accentum Zacheph caton. Vnde quia pendens & imperfecta, propterea cum Ionathan chaldæo: & Rabbi Selomone ſupplendum ſic. Ad odorem oleorum tuorum optimorum, hoc eſt, ad famam tuarum maximarum uirtutum: miſericordiæ, Clementiæ, & Iuſtitiæ, a quibus tanquam a precioſiſſimis oleis, & unguentis, odor bonæ famæ emanabit ſuauiſſimus. Si ueneris ad me deoſculandam: current (ſubauditur) omnes gentes, & omnes nationes, & populi, qui te adhuc non cognoſcunt, neq; colunt. Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulæ dilexerunt te, Senſus eſt: Cũ ueneris ad me oſculandam, nomen tuum, quod hactenus in mundo eſt, ſicut oleum optimum, clauſum tamen & obſignatum, & non dans odorem niſi ſoli populo meo Iſraelitico, tunc poſt aduentum tuum, non erit amplius ſic, ſed erit ſicut oleum effuſum de uno uaſe in aliud, & ſic maiorem dabit odorem. Ideo adoleſcentulæ, hoc eſt gentes, quæ mecum ſunt in domo tua, quæ adhuc te Sponſum non cognoſcunt, dilexerunt te, Tempus præteritum pro futuro, hoc eſt diligent te. Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te, hoc eſt, Ex quo cum ueneris ad me oſculandam, nomen tuum erit ſicut Oleum effuſum, latiſſimum dans in toto mundo odorem, per Apoſtolos tuos, qui dicturi ſunt, Chriſti bonus Odor ſumus, Adoleſcentulæ ideſt gentes te non cognoſcentes modo, ad ſuauiſſimum odorem tuum totis affectibus currentes, te ſũmopere diligent.

Vetus tranſlatio:	Noua tranſlatio
Trahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum, Introduxit me Rex in Cellaria ſua: Exultabimus & lætabimur in te: memores uberum tuornm, ſuper Vinum. Recti diligunt te.	Trahe me, poſt te curremus. Introduxit me Rex in cubicula ſua: Exultabimus, lætabimur in te: Commemorabimus amores tuos, magis quam Vinum. Rectitudinibus dilexerunt te.

TRahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Ita in Græco, & in Latino, in quibus abundant uerba in odorem unguẽtorum tuorum. In Hebræo autem ſic. Trahe me, poſt te curremus: Legẽdũ cum diſtinctione, hoc pacto. Trahe me, hic enim in hebræo ſignat accẽtus tarhah: quim habet ſuſpẽdendi parũper: & poſtea ꝯtinuandum ſic. Poſt te curremus. Et ſenſus eſt. Trahe me, ad te amandum ſcilicet, Non ſolum per odorem Oleorum tuorum optimorum, ſicut hactenus, Sed iam & per

Digitized by Google

oſcula,quæ potiora ſunt. Poſt te curremus. Mire ꝙ cum dixiſſet Trahe me, in ſingulari numero, mox infert, poſt te curremus in plurali. Quod ſic in telligitur, Trahe me ad te per oſcula oris tui, hoc eſt, per aduentum tu/um ad me oſculandum,& redimendũ,ſicut pollicitus es Patribus meis,& nõ amplius p ꝓphetas:& ſic non ſolum ego,Sed & dictæ adoleſcentulæ comi/tes meæ gentes poſt te curremus. Vel trahe me:exponẽdũ ſic. Trahe me ex hac ægyptiaca captiuitate, Poſt te curremus, Ego ſcilicet,& dictæ comites meæ adoleſcentulæ(ut diximus,)Et ſic prophetat Sponſa de Catholica Ec/cleſia gentium,quæ una cum uere Iſraelitica gente erat poſt Ieſum Chri/ſtum curſura. Introduxit me Rex in cellaria ſua. Ita in Græco,& in la tino. In hebræo autem ſic. Introduxit me Rex in Cubicula ſua: Hic rur/ſus Sponſa a plurali numero recurrit ad ſingularem dicens. Introduxit me Rex in cubicula ſua: Vnde excludit adoleſcentulas, ex quo tunc temporis non dum maturæ Viro in cubicula Sponſi introduci non poterant: Et di/cit in cubicula ſua,Ex quo finis Sponſæ eſt introduci in cubicula Sponſi: Secũdum aſſumptam Metaphoram a Sponſo, & Sponſa:in qua perpetuo in to to libro pſeuerat: & non in cellaria,ſicut ualde Perperam uertit et græ cus & latinus interpres. Introduxit me Rex ĩ cubicula ſua:hoc eſt in cogni/tionem & amorem ſuum dando mihi Legem,& mecum facie ad faciem lo/quendo in monte Sinai,cum me traxiſſet ex Egypto. Exultabimus,& læta/bimur in te. Admirabiliter hic rurſus redit ad pluralem numerum, dicens. Exultabimus & lætabimur in te. Quaſi plane diceret ſic,ex eo enim quia in troduxit me Rex æternus Deus pater in cubicula ſua,non ſolum ego, ſed & omnes comites meæ adoleſcentulæ perpetuo exultabimus, & lætabimur in te Sponſo Chriſto:per quem benedicendæ ſunt gentes terræ: Sicut di/ctum eſt ad Abraam patrem noſtrum,Geneſeos capite duodecimo, ubi ſic habetur: Dixit Dominus ad Abraam. Egredere de terra tua: & de co/gnatione tua:& de domo patris tui:& ueni in terram,quam monſtrauero ti/bi: Faciamq; te in gentem magnam: & Benedicam tibi,& magnificabo no men tuum:eriſq; benedictus:Benedicam benedicentibus tibi: & Maledi/cam maledicentibus tibi: Atq; in te benedicentur uniuerſæ cognationes terræ. Et rurſus etiam ſub iure iurando eidem patri noſtro Abraæ Deus hoc idem pollicitus eſt: Sicut ſcriptum eſt Geneſeos uigeſimo ſecundo cap. Vbi ſic habetur. Per me metipſum iuraui dicit Dominus: quia feciſti hanc rem, non peperciſti filio tuo unigenito propter me: Benedicam tibi,& multipli/cabo Semen tuum ſicut Stellas cœli,& uelut arenam,quæ eſt in littore ma/ris. Poſſidebit Semen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicen/tur in ſemine tuo omnes gentes terræ: quia obediſti uoci meæ. Me/mores uberum tuorum ſuper Vinum. Ita in Græco, & in Latino: In he/bræo autem ſic. Commemorabimus amores tuos, magis quam Vinum:

Digitized by Google

Et ſenſus eſt: ex eo quia introduxit me rex æternus in cubicula ſua, dando mihi legem, & te ipſum mihi o dulcis Spõſe mi Chriſte promittendo in le/ge: Non ſolum ego, ſed & adoleſcentulæ mecum, hoc eſt & Catholica Eccle ſia ex gentibus perpetuo commemorabimus amores tuos magis quam Vi/num, ideſt ſupra omnem humanam uoluptatem, atq; læticiam. Vel magis quam Vinum, hoc eſt ſupra amorem patrum noſtrorum Abraam, Iſaac, & Iacob. Quorum, & ſi Vinum ideſt amor erga te fuit magnus, maior tamen erit amor noſter, ideſt Catholicæ Eccleſiæ ex hebræis, & gentibus congre/gatæ. Recti diligunt te, ita in latiuo, In græco autem rectius ſic. εὐθύτης ἠγάπησέ σε hoc eſt rectitudo dilexit te. In hebræo autem habetur, Meſarim ideſt rectitudinibus. Et ſubintellecta præpoſitione cum ſenſus eſt, Patres mei dilexerunt te cum rectitudinibus, quas operabantur in nullo declinan tes a uiis, & mandatis tuis.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
Nigra ſum, ſed formoſa fi/liæ Hieruſalem, ſicut ta/bernacula Cedar: Sicut pelles Salomonis.	Nigra ego, & formoſa, filiæ hieruſa/lem, ſicut tabernacula Cedar, Sicut Cortinæ Selomonis.

Nigra ſum, Sed formoſa fiiæ hieruſalem, ita in Latino, In græco autem, & Hebræo ſic: Nigra ego, & formoſa filiæ Hieruſalem. Et ſi in Græco pro Ego, habeatur ſum, ſicut in latino. Poſt ſuas petitiones, Innocentiſſi/ma, prudentiſſimaq; puella Sponſa, & ſoror Chriſti, ut magis moueret, im/pelleretq; Spõſum ad ſibi gratificandum: ſe ſummopere humilians, ſubiun/git, arguens ſe non eſſe dignam tantis gratiis, atq; muneribus, quæ ſibi Do/minus & præſtiterat, & præſtiturũ adhuc pollicitus erat. Et hoc ex eo, quia non tota pulchra, ſed partim nigra, & partim formoſa. Et nigram ſe uocat, propter Synagogam: Formoſam uero, propter Catholicam ex gentibus ec cleſiam. Quæ Chriſtum una ſecum erat totis affectibus ſecutura. Quapro/pter conuerſa ad filias Hieruſalem, hoc eſt ad ſuam Synagogam, inquit: Nigra ego, & formoſa filiæ Hieruſalem: Quæ uerba alii ex Hebræorum Doctoribus expoſuerunt ſic. Nigra ego ſcilicet in colore, & formoſa, in pulchra & moderata membrorum proportione. Alii uero ſic. Nigra ego ſci licet in operibus meis, & formoſa in operibus patrum. Alii uero ſic. Nigra ego in mundo iſto: & formoſa in altero. Alii autem ſic. Nigra ego mihi ipſi, & in oculis meis. & formoſa in oculis Creatoris. Quæ expoſitiones uiden/tur ad Tropologicum, potius quam ad literalem ſenſum accõmodatæ. Pro/pterea nos ad literam exponimus ſic. Nigra ego, & formoſa filiæ Hieruſa/lem. Nigra ego ſ. in filiis primæ domus ſanctæ. Qui abiecto ſpõſo Xpõ, ab/euntes poſt idolatriam. Prophetas eius occident. Nigra ego: cum ſuo pon/dere, dicit ego: Quaſi diceret, Et ego eadem nigra ſum in filiis ſecundæ do/

Digitized by Google

mus ſanctæ, Qui & ſi per Babylonicam captiuitatem ab idolatria ſeſe ex/piaturi ſunt, inſtaurata Hieruſalem tñ Sanctum ſanctorum Chriſtum acer/biſſima morte affecturi ſunt· ac proinde in perpetuam captiuitatẽ ſunt abi/turi. Et formoſa, Et tamen inquit in aliquibus filiorum meorum eiuſdẽ do/mus ſecũdæ ſum formoſa, uidelicet in apoſtolis, & aliis, qui Chriſtum meum recipient: & pro nomine eius ultro, ac ſponte proprium ſanguinẽ fundent· Poſt hæc uero uolens expreſſius ſuam nigredinem, ſuamq; formoſitatẽ, ac pulchritudinem ſignificare, ſubiungit, dicens. Sicut tabernacula Cedar, ſi/cut pelles Salomonis: ſic in utraq; tranſlatione: In hebræo autẽ ſic, Sicut ta/bernacula cedar: ſicut cortinæ Selomonis. Sum inquit nigra ſicut taberna/cula cedar. Regio eſt Cedar, ſiue natio potius quædam Iſmahelitarum, ha/bitans in tabernaculis, quæ expoſita & pluuiis, & ſolis ardoribus, nigredinẽ obducunt mirabilem. Et mire comparauit ſuam nigredinem, & peccatum fi liorum non niſi tabernaculis Cedar. Quæ non ſolum nigerrima ſunt, ſed & inſtabilia, nullumq; proprium habent locum: ex quibus datur intelligi, fili/os ſuos futuros & nigerrimos, & profugos, a ꝓpriiſq; laribus exules· Et hoc propter immaniſſimum occiſionis Chriſti peccatum. Sicut cortinæ Selomo nis. Et ſum inquit alioqui in aliis filiis apoſtolis, & cæteris eiuſdem ſecundæ domus, qui Chriſtum receperunt, cãdida formoſa, abſq; ulla macula, & pec cato, ſicut Cortinæ Selomonis. Quæ factæ ex byſſo lino candidiſſimo, deli/catiſſimoq;, erant pulcherrimæ. Vnde ſcriptura Exodi. ca·xxvi. Sic inqt. Ta bernaculum uero ita facies, decem cortinas de byſſo retorta, & reliqua, ſicut cortinæ Selomonis, hoc eſt ſicut Cortinæ tabernaculi Selomonis .i. Dei, & Chriſti eius, ſicut ſupra diximus, ubiq; nomen Selomo in hoc libro eſſe epi theton Regis æterni, & chriſti eius. Nigra ego, & formoſa filiæ Hieruſalem. Quia omnia quæ acciderunt patribus hebræis in figura acciderunt, Propte rea cum hoc tempore potiſſimum & Romana eccleſia. Et Si non in Idola/tria (ut uetus Hieruſalem), omnibus tamen aliis peccatis inquinata, infecta q; iacens facta ſit & ipſa nigra: Idcirco ſicut ipſa uetus Hieroſolymitana eccleſia ad ſuas filias Ciuitates & Oppida totius Iſrael: quoꝝ Metropolis &, mater erat clamat, nigra ego, ſic & Romana nunc eccleſia ad ſuas filias oẽs mũdi eccl'ias inquit, Nigra ego, & formoſa filiæ Hieruſalem· Nigra ego: quia deliciis, ocio, langore, deſidia, luxuq; a pie, & ſobrie uiuendi norma a, Cri/ſtoq; Sponſo adeo longe ſeceſſi, ut ſine ipſius gratia me ab innumeris pec/catorum meorum ſordibus, quibus nigredinem & ſqualorem obduxi mi/ſerrimum, impoſſibile ſit expiari. Quapropter nigra ego o Filiæ Hie/ruſalem, Nec tamen propterea quod ego nigra O chariſſimæ filiæ (inquit) uos ſcandalum ex mea tanta nigredine, & iniecta mihi peccatorum illuuie, pati decet· Quia & ſi a facie peccatorum meorũ nigra ego: ſum tamen alio/quin formoſa: & pulcherrima. Sum enim formoſa, Quia a nullis unq̃ hæ/

Digitized by Google

reticis expugnata, ſemper in fide Ieſu Chriſti mei ſponſi recta, & orthodoxa permanſi. Sum formoſa, & in operibus patrum, in totq; millibus meorum martyrum, qui pro fide mei Sponſi Ieſu Chriſti, ultro ſanguinem ſuum fuderunt, Sum formoſa, & in cathedra & beatiſſimis oſſibus mei Paſtoris Petri principis apoſtolorum, & Pauli doctoris gentium, quibus miſericorditer a ſponſo meo Ieſu Chriſto, præ cæteris mundi Eccleſiis inſignita, & dotata, princeps, & caput omnium Eccleſiarum mũdi conſtituta ſum. Et propterea, & ſi a facie peccatorum meorum ſum nigra: ut tabernacula cedar. Sum alioquin candida, ſicut cortinæ Selomonis.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
Nolite me cõſiderare, q fuſca ſum: Quia decolorauit me Sol: Filii matris meæ pugnauerunt contra me: Poſuerunt me cuſtodem uineis. Vineam meam non cuſtodiui.	Non reſpiciatis me, q ego ualde nigra: Quia denigrauit me Sol. Filii matris meæ irati ſunt in me. Poſuerunt me cuſtodientem uineas: Vineã meã non cuſtodiui.

NOlite me cõſiderare, q fuſca ſum, Quia decolorauit me Sol. Ita in utraq; trãſlatione. In hebræo autẽ ſic: Non reſpiciatis me, q ego ualde nigra: Quia denigrauit me Sol. Cum Spõſa dixiſſet ſupra ſe nigram, hoc eſt, peccatis ſubditam, & obnoxiam: uidens ob eam rem, ſe deſpiciẽdam ab omnibus, atq; contemnendam: Propterea prudenter excuſans ſuam nigredinẽ, atq; peccatum, ſubinfert dicens: Non reſpiciatis me, q ego ualde nigra: quia nigredo iſta, ſubaudi, non eſt mihi propria, neq; uoluntaria, aut affectata: ſed eſt per accidens, & contra meam uoluntatem. Denigrauit enim (inquit) me Sol. Qui de facili ſuo æſtu efficit homines nigros. Verũtamen qa non conſueuit Sol mulieres, quæ ſub umbra conſiſtunt, reddere nigras, ſed ſolum homines, qui uerſantur in ſole: propterea tacitæ quæſtioni occurrẽs puella, reddens cauſam, quam ob rem acceſſerit ad Solem, ut ab eo nigra efficeretur. Infert, dicens. Filii matris meæ pugnauerunt cõtra me, Ita in græco, & in Latino, In hebræo autem ſic: Irati ſunt in me. Poſuerunt me cuſtodientem uineas. Hoc eſt, fratres mei idolatræ reges Iudæ, & reges Iſrael in prima domo ſancta, extruſerũt me ad Solem: poſueruntq; me, ut cuſtodirẽ uineas, hoc eſt, ut colerem deos alienos, & præuaricarer a deo meo. Et ibi in cuſtodiendis uineis. ideſt in cultibus idolorũ, denigrauit me Sol. Et hoc pacto effecta ſum nigra, & ſine proprio ſponſo uidua, & derelicta. Et cum ex idolatria acriter punita per Babylonicam captiuitatem tandem emerſiſſem: rurſuſq; inſtaurata Hieruſalem, ad priſtinum ſtatum reſtituta eſſem. Vineam meam tamen non cuſtodiui, hoc eſt, Et ſi in ſecunda domo ſancta procul ab idolatria ſteterim, uineaſq; alienorum deorum non cuſtodierim: uineam tamen meam, hoc eſt legem, & cultum dei mei non cuſtodiui, ſed incidi in magis horrendum, abominandumq; peccatum: mortem acerbiſſimam inferen

Digitized by Google

do ei, Qui ad ſanandū omnes meos langores, & ad dealbandum omnē meā nigredinem uenerat. Filii igitur matris meæ, fuerunt cauſa nigredinis meæ. Quorum alii in prima domo idolatræ, & prophetarū homicidæ fuerunt. Alii uero in ſecunda domo (quod ſupra omne ſcelus fuit) & ſancti ſanctorum Chriſti Meſſiæ homicidæ. His ſic ſe habētibus, Quia facta patrū ſigna ſunt, & figura eorum, quæ eueniūt filiis, ſicut doctores omnes hebræorum dicūt, Et apoſtolus ipſe, qui ait. Omnia in figura contingebant illis. Propterea ſpectandum, q̄ etſi in Catholica eccleſia nunq̄ commiſſa fuerit idolatria, ſicut in prima domo a patribus: nihilominus in eccleſia non defuit Arrius, Neſtorius, Manicheus, Sabellius, Iouinianus, & alii quamplurimi, Qui pro idolatria improbiſſimas hæreticas opiniones in eccleſiam dei inuexerunt. Et nunc his nouiſſimis temporibus non deſunt quidam prædictorum ueterum hæreticorum ex Germania (quos Lutheranos appellant) diſcipuli. Qui eccleſiā dei ſuis falſiſſimis opinionibus agitant, atq; pturbant: de qbus, ſicut Synagoga de idolatris, ſic & aliq̄ pars Catholicæ eccſiæ de dictis lutheranis hæreticis hoc tempore ꝯqueritur, dicens: Poſuerunt me cuſtodem uinearū, hoc eſt, compulerunt me, ut cuſtodirem uineas, ideſt opiniones Lutheranorum hæreticorum. Et uineam meam nō cuſtodiui, hoc eſt, Rectam, & Catholicam Romanam fidem non cuſtodiui.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas: ubi cubes in meridie: Ne uagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.	Annūcia mihi, quē diligit aīa mea, ubi paſces, ubi accubare facies in meridie: q̄ quare ero ſicut inuoluta, ad greges ſociorum tuorum.

INdica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie. Sic in utraq; tranſlatione: In hebræo autem ſic, Annuncia mihi, quem diligit anima mea, ubi paſces, ubi accubare facies in meridie. Poſteaq̄ ſponſa apoſtrophans ad filias Hieruſalem, indicauit, & confeſſa eſt peccata filiorū matris ſuæ apud ſponſum ſuum Chriſtum: Nunc rurſus intendens ſermonē ad ipſum Spōſum, & miſericordiam ab eo implorans, de malis, quæ ob dictū idolatriæ peccatum imminebat ei tunc temporis: inquit. Indica mihi quem diligit anima mea: Mos loquendi Sponſarum, quæ cū aliquid petunt a Viris ſuis, ſic per blandimentū ad eos loquūtur dicētes, Anime mi, uel (ut hic) quem diligit anima mea, ubi paſces, ubi accubare facies in meridie: Senſus eſt, O quem in ueritate diligit anima mea, inquit Sponſa. Poſteaq̄ ex peccato filiorum matris meæ toto animo, totoq; affectu, conuerſa ſum ad te, Indica mihi ubi paſces me, ſubaudi, ouem tuam inter iſtos Lupos idolatras reges Iudæ: ubi cubare facies me ouem tuam in meridie: hoc eſt, in futura duriſſima Babylonica captiuitate, quæ erit mihi in tribulationem maximā, qualis eſt æſtiuus meridies ouibus: Quando (niſi prudentiſſimus paſtor p-

Digitized by Google

ſpexerit eis de aliquo opaco loco,in quo cubare faciat eas in meridie)pere/unt oues. Et ſic tu Sponſe mi:niſi in ea maxima tribulatione ꝓſpexeris mihi đ aliquo refrigerio,& ſolatio,actū erit de me oue tua. In eaſdē & nūc uoces cum amariſſimo fletu prorumpit & Catholica Romana eccleſia ad Spōſum ſuum Chriſtum,dicens: Indica mihi,quem diligit anima mea,ubi paſces me ouem tuam,inter recentiſſimos iſtos Lutheranos hæreticos Vbi cubare facies me ouem tuam in meridie(hoc eſt in hac maxima tribulatione, quæ & ab hoſtibus Turcis,& ab hæreticis,tacentibus immo inter ſe diſſidentibus Chriſtianorum principibus,mihi imminet. Quā ob rem,niſi tu optime Spōſe tua ſolita miſericordia peccatis meis parcēs,mihi opē feras, iam iam actū erit de Romana tua,quam proprio ſanguine redemiſti Catholica eccleſia. Ne uagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Ita in latino, In græco auteum rectius ſic ,μήποτε γένωμαι ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου. Hoc eſt, Ne quando fiam ſicut circumamicta in gregibus ſociorum tuorum: In hebræo autem ſic,Quod quare ero ſicut inuoluta ad greges ſociorum tuorū. Poſt factam petitionem quaſi deſperata Sponſa,prorumpens in lachrymas apud ſponſum inquit. Quare ero ſicut inuoluta(hoc eſt,ſicut triſti,& lugubri pallio,more earum mulierum,quæ lugent mortem uirorum, aut Chariſſimarum perſonarum inuoluta:& circumamicta,plorans ſuper oues tuas. Quaſi aperte diceret,O mi ſponſe,non eſt honor tuus, ut ego Sponſa tua, quam primum in monte Sinai tibi per donationem legis,& tot ſigna deſpōſaſti:& quā adhuc proprio ſanguine redēptur⁹ es:ut nunc ſicut facta uidua inuoluar ſub nigro,& lugubri pallio,& mœroribus tota,atq; lachrymis cōficiar,iaceamq; confuſa,& perdita: Et hoc apud greges ſociorum tuorū,hoc eſt,In conſpectu cæterarum gentium tuorum ſociorum. Qui reputantur paſcere oues,ſicut tu paſcis,& eſſe Dii,& tibi ſocii,& pares in paſcendis ouibus:cum & ipſi habeant ſuos reges,& duces,qui paſcunt eorum oues.

Vetus tranſlatio:

SI ignoras te o pulcherrima inter mulieres,Egredere, & abi poſt ueſtigia gregum tuorū,& paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

Noua tranſlatio.

Si non ſcis tibi pulcherrima inter mulieres,Egredere tibi in ueſtigia ouium, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.

SI ignoras te o pulcherrima inter mulieres,egredere,& abi tibi poſt ueſtigia gregum tuorum. Ita in græco,& in latino fere. In hebræo autem ſic. Si non ſcis tibi pulcherrima inter mulieres,Egredere tibi in ueſtigia ouium. Si non ſcis tibi,Poſt multa reſpondet tandem Chriſtus ad ea tantum poſtrema uerba,ubi paſces,& ubi cubare facies in meridie:atq; inquit,O pulcherrima inter mulieres,Id eſt inter omnes alias gentes,quæris ubi paſcā, et ubi cubare faciam te ouem meam in meridie.i.in tempore idolatrarum regū

Digitized by Google

Iudæ,& Iſrael. Ad quæ reſpõdeo: Si nõ ſcis tibi ubi paſcere debeas: Egrede re tibi,& abi in ueſtigia ouium. ſ. antiquarum , hoc eſt, poſt ueſtigia patrum tuorum: qui acceperunt,& cuſtodierunt legem meam , & cærimonias meas: Et ſic faciens & tu, non tantũ nõ peribis, ſed & pro meritis his, paſces hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum, hoc eſt, paſces paruulos,& non tantũ magnos tuos abſq; omni periculo,& damno. Ad tabernacula paſtorum, hoc eſt iuxta tabernacula gregum paſtorum alienarum gentium. Hæc eadem dicit & his temporibus Chriſtus eccleſiæ ſuæ catholicæ : quæ eiſdem circũuenta laborat diſcriminibus: Nã & ſi nõ ab idolatris (ut Synagoga), obſeſſa tamẽ eſt ab hæreticis,& infidelibus: qui eam undiq; inuadentes, prorſus delere ſtudent, atq; feſtinant. Propterea Chriſtus affert eidem ſaluberrimum remediũ, atq; conſilium dicens. Si neſcis tibi o pulcherrima mulierum Catholica Romana mea eccleſia, ubi paſces in his perſecutionibus , quæ te undiq; urgẽt, opprimũtq;:& neſcis tibi ubi cubes in meridie, poſita inter tot lupos , & infideles & hæreticos,. Qui in tuam perniciem obnixe nituntur . Egredere tibi in ueſtigia ouiũ, ſcilicet antiquaꝝ. i. in ueſtigia patꝝ tuoꝝ: Qui ſeruauerũt legẽ meã: Et ſic nõ timebis inimicos. Qua pp iuxta hoc ↄſiliũ dñi Et tu, q in medio es Lutheranoꝝ lupoꝝ,& neſcis ubi tuto paſcas,& ubi cubes in hoc æſtiuo meridie. In quo oues præ nimio æſtu,& calore ↄfractis apoſtolicæ obedientiæ finibus,& ouile egreſſæ, incipiunt uagari,& in manus Luporum hæreticorum incidere. Egredere,& tu Germane factus uagus ,& ſine paſtore, p te ipſum In ueſtigia ouium ſcilicet antiquarum, hoc eſt in ueſtigia tu oꝝ parentum: qui a mille,& quadringentis annis uel circa uocati a Romanis pontificibus in fidem xp̄i ab eis regenerati ,& ad oues Chriſti aggregati ſunt. In quorum quidem Romanorum pontificum Fide,& obedientia & uixerunt, & mortui ſunt. Egredere ergo tibi, ideſt, in tuam perpetuam ſalutem,& felicitatem. In ueſtigia ouium antiquarum tuorum germanorum parentum ,& ſic a Lupis Lutheranis hæreticis nõ deuoraberis. Sed pro meritis his paſces hædos, ſiue agnos tuos. Ideſt, paruulos tuos. Iuxta tabernacula paſtorum inimicarum gentium: contra quas præualebis.

Vetus tranſlatio.

EQuitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilaui te amica mea: Puchræ ſunt genæ tuæ ſicut Turturis : collum tuum ſicut monilia . Murenulas aureas faciemus tibi uermiculatas argento.

Noua tranſlatio.

Equitatu meo in currus Pharaonis , aſſimilaui te ſocia mea : Pulchræ factæ ſunt genæ tuæ in ordinibus : collum tuum in monilibus : Ordines auri faciemus tibi cum punctis argenti.

EQuitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilaui te amica mea : Ita in utraq; tranſlatione, niſi quia in græco pro equitatu habetur. τῇ ἵππῳ μου i. equa mea. In hebræo autem ſic. Leſuſathi, hoc eſt ipſo equitatu meo . Lite

Digitized by Google

ra enim Lammed non eſt datiui caſus articulus, ut putauit uterq; Interpres,
ſed eſt loco literæ he noticiæ. & emphatici articuli. Nam etſi litera Lamed, ut
plurimum præpoſita nominibus ſignificat datiuū caſum, nihilominus inter
dum non niſi emphaticus eſt articulus, teſte Rabbi Dauid in ſua grāmatica.
Extat itaq; in hebræo totum ſic. Equitatu meo in currus Pharaonis, aſſimi/
laui te ſocia mea. Senſus eſt, ego Sponſus quantum te diligam, oſten/
di: Quando meo illo equitatu, & turma, ac multitudine equorum irruens,
& impetum faciens in currus Pharaonis te perſequentis in Mari, Aſſimilaui
te, hoc eſt, plane omnibus oſtendi ſubmergendo ipſum Pharaonem, & om/
nem exercitum eius, te eſſe ſociā, & ſponſam meam. Et dixit, ſe equitatu ſuo
ſubmerſiſſe Pharaonem, ſicut & propheta Abachuc capite tertio dixit: Viā
feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Pulchræ factæ ſunt ge
næ tuæ ſicut Turturis. Ita in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic: Pul/
chræ factæ ſunt genæ tuæ in ordinibus. Nā etſi dictio hebraica thorim æq/
uoca ſit ad Turturem, & ad ordines: nihilominus conuenientius hic uerten
da eſt in ordinibus, potius q̄ ſicut Turturis: ut græcus, & latinus uertit inter
pres. Quod patet ex ſenſu, qui talis eſt: Genæ tuæ (inquit Spōſus) pulchræ
factæ ſunt in ordinibus, hoc eſt in ornamentis pendentium inaurium, & au
reorum frontalium. Quibus concinne ordinatis, ac pendentibus ſupra fa/
ciem, exornabantur mulieres. Collum tuum ſicut monilia. Sic in utraq; trāſ
latione: In hebræo autem ſic, Collum tuum in monilibus, auri & margari/
tarum, ſcilicet, eſt pulchre factum. Quæ bona, & ornamenta omnia conceſ
ſa ſunt tibi ex præda maris ſubmerſo per me Pharaone. Murenulas aureas
faciemus tibi uermiculatas argento. Sic in latino, in græco autem ſic: Ομοιώ
ματα χρυσίου ποιήσομέν σοι μετὰ στιγμάτων ἀργυρίου hoc eſt ſimilitudines auri faciemus
tibi cum punctis argenti. Nam id quod latinus uertit murenulas quæ ſunt
flexuoſa ornamenta colli, inſtar murenarum: & græcus uertit ſimilitudines:
In hebræo eſt thore.i. ordines, ſicut uertimus ſupra Thorim. Eſt enim eadē
dictio, Thorim & thore: niſi quia thorim ponitur ſemper abſolute: & Tho/
re cum genitiuo poſt ſe. Sicut & omnia alia nomina hebraica pluralis nume
ri: quæ in ſtatu regiminis abiiciunt literā mem. Et ſenſus eſt, Nos (inquit ſpō
ſus) faciemus tibi ordines auri cum punctis argenti.i. cum picturis per pū/
cta deductis. hoc eſt, nos perſuaſimus, & indurauimus cor Pharaonis, ut te
una cum omnibus ſuis theſauris, & iocalibus, precioſiſq; rebus perſequere/
tur, ad hoc ut eo ſubmerſo, faceremus tibi ex eis ordines auri, ideſt, ordinata,
& concinnata ornamenta, Et aurea cum punctis argenteis uaſa: ſicut dece/
bat te pulcherrimam meam ſponſam, in ipſa deſponſatione per legem, quā
dedimus tibi in monte Sinai accipere: Quæ bona omnia præſtitimus tibi ex
præda maris, poſt ſubmerſum Pharaonē. Nam etſi in exitu de Egypto: mul/
tum auri, & argenti detractū fuerit ab hebræis ipſis ægyptiis, nihilominus

Digitized by Google

(ut omnes ſentiũt doctores) multo maior fuit præda maris ſubmerſo Pharaone quã ægypti. Et mire dixit faciemus, futurũ pro præterito, & ad ſignificandum ea ornamenta, & eas diuitias, quas erat adhuc daturus in aduentu ſuo, ad ipſam Sponſam oſculandã. Et dixit faciemus in plurali numero, trãſiens non ſine myſterio a ſingulari ad pluralem. Quã rem attendens Rabbi Selomo in ſuis cõmentariis, exponit, faciemus Ego Spõſus & domeſtici mei angeli, ſicut exponit & illud Geneſeos, Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Et ſic quaminfantiſſime uir alioqui eruditiſſimus æquiparat angelos, creaturas ipſi creatori. Nos autẽ nihil de ſimplici literali ſenſu contorquentes, exponimus ſicut & in Geneſi de tribus illis diuinis Perſonis, Patre, Filio, & Spiritu ſancto. Qui etſi ſunt unius indiuiſibilis ſubſtãtiæ, perſonaliter, tamen ac nominibus diſtinguuntur. Et quia (ut ad rem redeamus) facta Patrum ſigna ſunt eorum, quæ euentura ſunt filiis (ut diximus) Propterea per liberationem patrum Hebræorũ de manu Pharaonis in mari, ſignatur liberatio gentiũ de manu Sathanæ: & per Mare fons Baptiſmatis. Quẽadmodum enim ſubmerſus eſt Pharao in mari: ſic ſubmergitur Sathanas & omne Ius eius in fonte Baptiſmatis. Et ſicut patres Hebræi ſubmerſo Pharaone, ditati ſunt multo argento & auro, uariiſq; precioſiſſimis rebus, ſic & Chriſtiani ſubmerſo in aqua Baptiſmatis aduerſario, ditantur per Spiritum paracletũ. Qui infinitus eſt theſaurus oibus q accipiũt eũ.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
Dũ eſſet Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorẽ ſuũ.	Quouſq; ꝙ Rex in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorem ſuũ.

DVm eſſet Rex, in accubitu ſuo, Nardus mea dedit odorem ſuum. Ita in utraq; tranſlatione, & ita in hebræo, Accipiendo tamen accubitum pro diſcubitu, & propterea deriuari a uerbo accumbo pro eo ꝙ ſignificat iacere ad menſam, & non a uerbo accubo. i. iuxta cubo. Vnde accubitus ꝓ ipſo accubandi actu, ut quidã male intellexerunt. Et in primis Ioãnes Reuchlin, qui perquãperperã in ſuo uocabulario, in radice Sabab expoſuit ſic, in accubitu ſuo. i. in amplexu ſuo. Cũ ĩ Græco ſit: ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ. i. in accubitu ſuo. ſcilicet ad menſam, & non in accubitu, ideſt in ipſo accubãdi actu & amplexu. Quod turpiſſimũ, & ualde indecorum eſſet. Nam etſi, quo nos intelligeremus quãtus ſit amor Chriſti in eccleſiã, & rurſus Eccleſiæ in Chriſtum. In hoc cantico amoris aſſumit Scriptura Metaphorã a Spõſo & Spõſa, exprimitq; omnes illas affectiones amoris, quæ contingunt inter eos. nihil tamen inhoneſtum aut indecorum, & quod ad extremas lineas amoris ꝑtineat in eo (ſicut nuſquã alibi in ſacra Scriptura) cõperiẽ. Vnde ĩ Hebræo (ut poſteaquã ſenſum dicti uerbi expreſſimus & proprietatem eius in medium afferamus) habetur ſic: Dum eſſet Rex bemeſibbo, hoc eſt in accubitu ſuo iuxta prædictum ſenſum. Et ſi ſ̃m proprietatem uocabuli Hebraici,

Digitized by Google

non proprie intelligendum,dum eſſet Rex ad menſam iacens & cubās more antiquorum græcorū, aut Romanorum. Sed dum eſſet Rex ad menſam ſedens,& inclinatus,atq; innixus ſuper eam more antiquorum hebræorū ſupra ſiniſtrum latus. Nam ut inquit Rabbi Dauid in libro de Radicibus uerborum ,ſedentes ueteres hebræi,& non iacentes ,ut antiqui græci,& Romani capiebant cibum:& ſedentes in circuitu,& delicato quodam & magnorum uirorum more innixi ſupra mēſam in ſiniſtrū latus. Vnde propterea modus ille ſic manendi ad menſam dicitur Meſibba: Quod uerbū deducitur a uerbo Sabab.i.circuiuit: Sed quia in eo circuitu ſic innitebātur ſupra menſam factum eſt,ut Meſibba per tranſlationē accipiatur & ꝓ ipſa inclinatione,& innixione ſupra menſam:ut dictum eſt. Et ſic intelligendum eſt hic, dū eſſet Rex in accubitu ſuo,hoc eſt,dum Rex adhuc eſſet in menſa ſedens in circuitu cum aliis, & innixus ad menſam ſupra ſiniſtrum latus. Nardus mea dedit odorem ſuum: Senſus eſt ſm Rabbi Selomonem,& alios doctores Hebræos. Quæ dixiſti o mi Sponſe inquit innocētiſſima puella,uериſſima ſunt omnia, Quia bona tribuiſti mihi gratis: At ego ingratiſſima ꝓ talibus,ac tātis tuis in me beneficiis & meritis,reddidi tibi mala pro bonis: Quia cū adhuc Rex eſſet in accubitu ſuo,hoc eſt in diſcubitu ſuo in mōte Sinai , in nuptiis meæ deſponſationis loquens cum Moſe,Nardus mea , quæ bonum dare debuit odorem,dedit odorem ſuum.ſ.malum ideſt,fœtuit. Et dixit dedit odorem ſuum:pro fœtuit:per conſuetum honeſtum ſacræ Scripturæ loquēdi modum,hoc eſt,cum adhuc Moſe ageret tecum de deſponſatione mea,in monte Sinai,ego impudentiſſima fornicata ſum,adorans Vitulum in deſerto. Et hæc eſt expoſitio communis hebæorū. Et ſi Rabbi Iuda in libro dicto Midras Sirim hanc expoſitionē improbet dicens:non decere in hoc cantico,quod ad laudē gentis Iſraeliticæ eſt compoſitum,aliquid triſte & contumelioſum ſubintelligi,cum canticū amoris & Laudis totum ſit , & non triſtitiæ,opprobrii,atq; conuicii. Quam obrem prædictus Doctor exponit ſic: Dum eſſet Rex in accubitu ſuo Nardus mea dedit odorem ſuū Scilicet bonum,hoc eſt,Cū adhuc eſſet Rex in monte Sinai,ſupra quem ſedens ,innixus erat more eorū qui ſedentes innituntur ſupra menſam:Nardus mea ,q̄ ē hærba humilis & calidæ naturæ ,& propterea pro Charitate accipitur. Dedit odorem ſuum.ſ.bonum. Ex quo tunc reſpōdit totus Iſrael & dixit . Oīa quæ locutus eſt dominus,audiemus & faciemus, Et in eam ſignificationem acceperunt dicta uerba & omnes Catholici. Qui dixerunt Dum eſſe rex in accubitu ſuo , Nardus mea dedit odorem ſuauitatis:

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
FAſciculus Myrrhæ,dilectus meus mihi:inter ubera mea cōmorabitur. Botrus cypri dilectus meꝰ	Faſciculus myrrhæ amor meus mihi: inter ubera mea cōmorabitur. Racemus Camphoræ,dilectus meus mihi:in

mihi,

mihi,in uineis Engaddi: uineis Hengedi.

FAſciculus myrrhæ,Ita in latino ,In græco ſic .ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς hoc eſt
Faſciculus Stactes.In hebræo aũt ſic.Zeror hamor.Et eſt zeror proprie
res inuoluta in panniculo.Myrrha enim ſpecies aromatis eſt,quæ combuſta
liq̃ſcit,nec colligiť in faſcẽ,ſed colligitur reſina eius , nec obſtat illud quod
ſeqtur paulo inferius,Meſſui myrrhã meã:Quia in hæbreo eſt Arithi.ideſt,
collegi myrrham meã.Eſt·n·myrrha res quæ ſtillat.Et ꝓpterea græcus uertit
ſtacten a uerbo ſtazo .hoc eſt ſtillo·Eſt eni ſtacte gutta. Vnde & inferius di-
citur,Manus meæ ſtillauerũt myrrhã.Faſciculus myrrhæ dilectus meus, Re
ctius amor meus,ſicut & in principio libri illud,qa meliores ſunt amores tui
q̃ uinũ. Et ſẽſus eſt,Amor meus ĩ Xp̃ũ eſt mihi,tã q̃ faſciculus myrrhæ.Ideſt,
ſicut myrrha inuoluta in pãniculo aliquo.Quæ etſi ualde res odorifera eſt,
niſi tamen appliceť ad ignẽ,nullũ dat odorem· Sic inqt Sponſa eſt & amor
meus Xp̃i non dans mihi odorẽ,niſi fuerit igne maximi amoris ꝯcrematus.
Et hoc recte inqt ſponſa,qa uere amor patrum non erat pfectus in xp̃m . Et
hoc ex quo non adhuc uenerat ille ignis deſup,Qui myrrhã, hoc eſt amorẽ
illum patꝝ hebræoꝝ accenderet,inflãmaretq;·Vere ergo dicit Spõſa, amorẽ
ſuum in Xp̃m eſſe ſicut myrrhã,in panniculo quopiam inuolutã : quæ non
adhuc applicata ad ignẽ,nihil redolebat ei.Quod inqt , etſi ſic ,nihilomin⁹
inter ubera mea cõmorabitur.Inter ubera mea,hoc ẽ,inter duo latera arcæ
fœderis,quouſq; ueniat ad me oſculandũ:& ad myrrhã,hoc eſt , ad amorem
meũ erga ipſum afferat ignẽ:q ipſam myrrhã cõburrat , & redolere eã mihi
faciat.De quo quidẽ igne dicebat dñs in Euangelio.Ignẽ ueni mittere ĩ ter
rã:& qd uolo,niſi ut ardeat?Botrus cypri dilectus meus in uineis engaddi.
Ita in utraq; trãſlatione.In hebræo aũt ſic.Racemus haccopher ideſt cãpho
ræ amor meus mihi ĩ uineis hengedi. Eſt aũt(ut hebræoꝝ doctores inqunt)
Cãphora,ſiue ut in græco & latino habeť cyprus ſpecies arboris aromaticæ
ꝓducentis racemos cũ granis in unũ aggregatis in ſimilitudinẽ racemi uua
rũ.Racemus Cãphoræ amor meus mihi.Nunc eundẽ aliis uerbis ſubnectẽs
ſenſum dicit.Racemus Cãphoræ.ſ.immaturus amor meus mihi : Et propte
rea non dans mihi odorẽ· Atq; ad eiuſdem racemi immaturitatẽ magis expri
mendam ſubiungit·In uineis Hẽgedi,quæ ex quo erant in deſerto in terra
Iſrael,propterea p nimiã frigiditatẽ tardius matureſcebant . Quod aũt Hen
gedi regio ſit iuxta deſertũ,patet ex libro Ioſue:capite decimo qnto :ubi ſic
ſcriptum eſt.In deſerto Betharaba,meddyn:& Sacha.& nebſan,ciuitates ſa
lis & hẽgedi ciuitates ſex,& uillæ earum & reliq̃ . Et ſenſus prædictorum eſt,
quod amor patrũ hebræoꝝ fuit ſicut myrrha in panniculo : & ſicut racemus
Cãphoræ immaturus iuxta uineas hengedi,ubi ꝓpter frigiditatẽ tardius fru
ctus matureſcebant. Et ꝓpterea dictus Cãphoræ racemus non maturuit ni
ſi p aduentũ xp̃i:q cũ ueniſſet,miſit ignẽ ſpũs ſancti:p quẽ cremata eſt myr-

Digitized by Google

rha,& racemus Cāphoræ maturuit: & ſic dederunt odorē mirabilē p totum mundum: Et de iſto odore intelligebat apoſtolus dicens, Chriſti bonus odor ſumus. Racemus Camphoræ amor meus mihi in uineis Hengedi. Quia hebraica dictio Haccopher quam ſupra Camphoram uertimus, ſignificat etiā propitiationem atq; indulgentiam latine, Propterea ſecundum & id eius ſignificatum aliqui ex hebræorum doctoribus expoſuerunt Sponſam dicere ſic. Racemus Haccopher.i.propitiationis & indulgentiæ amor meus mihi in uineis Hengedi, id eſt in deſerto, ubi toties tētatus Deus a populo ſuo propitiatus & reconciliatus eſt eis. Sed uerius intelligitur & hoc dici de Catholica eccleſia: quæ inquit ſic, Racemus Camphoræ amor meus mihi, hoc eſt, propitiationis & indulgentiæ: Quia corpus Chriſti uere fuit racemus cāphoræ: qui ad torcular Crucis expreſſus emiſit fragrantiſſimum muſtum illud per quod deleta fuerunt omnia peccata mundi.

Vetus tranſlatio.

ECce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus lectulus noſter floridus. Tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra Cupreſſina.

Noua tranſlatio.

Ecce tu pulchra ſocia mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher dilecte mi, etiam dulcis: etiam ſtratum noſtrum floridum. Trabes domorū noſtrarum cedri. Meniana noſtra Abietes.

ECce tu pulchra es amica mea, Ecce tu pulchra: Hinc opportune ſponſus ex prædicatione, quam hactenus fecit Sponſa de amore ſuo in eū, incipit more eorum Sponſorum, qui ualde afficiuntur erga ſuas Sponſas, laudare eam de pulchritudine, & uenuſtate dicens. Ecce tu pulchra es amica mea, Ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Hoc eſt, non ſolum es pulchra, pulchra, ſed oculi tui columbarum: hoc eſt tota pulchra. Quotienſcunq; enim ſacrificāda erat Columba, attendebant primum ad oculos eius: Qui ſi erant pulchri, exiſtimabatur tota pulchra, & abſq; ullo defectu in mēbris eius. Et ſic nulla alia facta inquiſitione applicabatur columba ad ſacrificium. Vel dicit, oculi tui columbarū, ex quo ſicut colūba per nimiā caſtitatem nunq̄ adhæret niſi ꝓprio marito, ſic & tu (inqt) per magnā fidē, Nam etſi deficiens a me adoraſti Vitulū, non tñ defuerunt Leuitæ: qui tanq̄ Colūbæ non præuaricati ſunt. Hæc in ſigno, & figura dicta ſunt pro catholica eccleſia: Quæ uere pulchra, & pulchra: & nunq̄ (ſicut Synagoga) poſt idolatriam præuaricata. Et oculi eius ſicut columbarum. hoc eſt, ſimplices ſicut oculi columbarum, Iuxta uerbum domini, qui dixit. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Oculi tui ergo columbarum, hoc eſt, ſimplices, ac proinde ad intelligendum perſpicaciſſimi: Vnde & Spiritus Sanctus, qui Lux eſt bonarum mentium, non niſi in ſpecie Columbæ ap-

Digitized by Google

paruit. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Ita in utraq; tranſlatio/
ne. In hebræo autem ſic. Ecce tu pulcher es dilecte mi, etiam dulcis. Hæc
uerba ſunt Sponſæ: quæ reſpondens ad prædicta inquit. Quid o dilectiſ/
ſime dicis me pulchram, & pulchram, & oculos haebre columbarum? Non
mea eſt pulchritudo: ſed tua. Tu ſolus enim es pulcher, etiam dulcis: qui pe/
pere ſti peccatis meis. Lectulus noſter floridus. Ita in latino, in græco autem
σύσκιος: ideſt, cõdenſus, & umbroſus. In hebræo autem ſic. Etiam ſtratum no
nr̃m floridum. Senſus eſt, Etiã, hoc eſt, ultra pulchritudinẽ, & dulcedinẽ tu/
am, lectus nr̃, hoc eſt, tabernaculum ꝯgregationis, & eccleſia ipſa eſt florida,
hoc eſt, fœcunda, & affluens in multis filiis. Et eſt Metaphora ſumpta ab ar/
boribus, quæ cũ fructus ꝓducunt, germinant, & floreſcunt. Inſup ſeruaꝛ p/
petuo metaphora ſumpta a matrimonio: cuius lectus cũ fœcundus eſt, dicitꝛ
floridus, & uireſcens. Et per tranſlationẽ ponitur lectus ꝓ ipſa eccleſia, quæ
eſt lectus, & qes ſponſi Chriſti, & ꝯgregationis fideliũ. Tigna domoꝝ nr̃aꝝ
cedrina. Ita in utraq; tranſlatione, In hebræo aũt ſic, Trabes domoꝝ nr̃arũ
cedri. Hæc dicta ſunt ad laudẽ ſtructuræ Tabernaculi, & Eccl̃iæ ad literam.
Allegorice aũt, Trabes domoꝝ ſponſi, & ſponſæ, ideſt eccl̃iaꝝ ſunt Sacerdo
tes, & Doctores eccl̃iæ. Qui tanq̃ trabes ſuſtentant domũ dei eccleſiã ipam.
Et trabes dicit, non niſi cedrinas, ex quo ſicut cedri in arboribus, ſic Sacer/
dotes in populo. Eſt.n. Cedrus arbor maxima, & procera, nec oneroſa parie
tibus, & lignũ iocundi odoris, & diu durans: nec a carie unq̃ corrũpitꝛ. Et ex
hac arbore naſcitꝛ oleum, quod cedreũ dicitur. Quo reliquæ res cum un/
guntur a tineis, & carie non lædunꝛ. Iuxta quem ſenſum Perſius dixiſſe ui
detur, & cedro digna locutus. Debent itaq; Sacerdotes eſſe ut cedri, dantes
bonũ odorẽ populo: ita ut cũ apl̃o dicere poſſint, Xp̃i bonus odor ſumus.
Et ſicut cedri nõ corrumpunꝛ a tineis, & carie, ſic & ipſi non corrũpanꝛ a ui
tiis, & peccatis. Itẽ ſicut ex cedris naſcitꝛ oleum, quo res inunctæ non corrũ
puntur a tineis, & carie: ſic ex Sacerdotibus oriaꝛ doctrina, & bonũ exem/
plum. Quibus ꝯſcientiæ hominũ inunctæ, non corrũpanꝛ a uermibus pec
catoꝝ. Et ad hunc ſenſum loquitꝛ ſcriptura hic dicens: Trabes domoꝝ nr̃aꝝ
cedri. Laquearia nr̃a cupreſſina, ſic in utraq; tranſlatione. In hebræo autem
ſic. Rahitenu berothim. Quæ uerba, quia nõ niſi in hoc loco legunꝛ, ꝓpte
rea uarie exponunꝛ ab hebræis. Quidã.n. expoſuerunt ſic: Meniana nr̃a
abietes. Sunt.n. meniana ædificia trabium, q̃bus curritꝛ circa domũ. Et tunc
dictio quæ ſequitꝛ berothim, exponitur abietes, ut ſit meniana nr̃a abietes.
Rabbi aũt Abraam Abenezra dixit, ꝙ Rahitenu ſunt canales aquaꝝ, in q/
bus adaquanꝛ pecora. Et tunc Berothim inquit exponendũ Marmora. Ita
ut ſenſus ſit, & canales noſtri marmora: hoc eſt, & in canalibus nr̃is aquarũ
marmora. Et ſm̃ primã expoſitionẽ allegorice, p abietes, q̃ ſuſtinẽt ipſa me/
niana i domo, ſignificaꝛ adhuc & ipſi ſacerdotes: q debẽt eẽ & ſicut arbores

Digitized by Google

abietes. Sũt aũt abietes arbores præ cæteris arboribus lõgæ,& cãdidæ:q̃s ali qui ꝓpter nimiũ earum candorẽ, & gallicas appellãt. Quæ pulcherrimæ, & ad pondus ſuſtinendũ in ædificiis ſatis ualidæ. Abietes itẽ arborũ altiſſimæ, & erectiſſimæ ſunt. Quæ proprietates oẽs in ſacerdotibus, q fulciunt domũ dei,& ſpeculatores ſunt gregis ouium,eſſe debent. Secundum uero alterã expoſitionem,quæ eſt,Canales noſtri Marmora,ſiue ſm eius ſenſum,cũ p̃poſitione ſubintellecta ſic: In canalibus nr̃is marmora. Denotatur candor, & puritas aquaꝝ,ideſt,doctrinæ,& ſapientiæ utriuſq; teſtamenti. Per aquas enim hic intelligit doctrina,& ſapiẽtia domus dei,Iuxta illud Iſaie cap. 55. Omnes ſitientes uenite ad aquas,Quæ continentur a candidiſſimis marmoribus,ideſt a candidiſſimis mentibus fidelium.

CAPITVLVM SECVNDVM.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
EGo flos campi,& Liliũ ꝯualliũ, Sicut liliũ inter ſpinas,ſic amica mea inter filias.	Ego roſa campi, & uiola conualliũ: Sicut Viola inter ſpinas, ſic ſocia mea inter filias.

EGo flos campi & Lilium ꝯuallium, Ita in utraq; trãſlatione: In hebræo autem ſic. Ego Roſa campi,& Viola conuallium. Hic ſponſa perq̃modeſte cõmendans ſe apud ſponſum exprimit naturam,& ꝯditionem ſuam dicens, Ego Roſa campi: Quæ etſi pulchra,& odorem ſuauiſſimũ reddit, nihilominus ad modicũ tempus durat. Et ſignatiſſime dixit campi,& non horti. Quia in horto Roſa cuſtoditur. Et ꝓpterea magis tuta: ſed dixit campi,ubi nullo munita præſidio,patet omnibus. Item dixit campi. Quia campus magis ſubiicitur ſolis ardoribus,q̃ alius locus. Vnde uere eccleſia, & quælibet anima eſt ſicut Roſa cãpi: Quæ etſi pulchra,& odorifera,nihilominus paruo tẽpore durat. Ex quo in campo mox aut ſolis ardoribus areſcit,aut incurſionibus hominũ auellitur,aut certe pedibus ꝯculcat̃. Et liliũ ꝯualliũ, ſic in utraq; trãſlatione. In hebræo aũt Soſanna,hoc eſt,& Viola ꝯualliũ. Eſt enĩ Soſanna,ut inquit Rabbi Dauid in libro de radicibus uerborum, Flos candidus habens pulchrum odorem. Et dicitur (ut inquit) Soſanna a ſes. ideſt ſex. Propterea ꝙ ſex conſtat candidis foliis. Et in latino dicit̃ Viola. Et uiola conuallium,quia in Eccleſia dei duo ſunt genera hominum, Vnum mediocrium,& alterũ perfectorũ. Vnum quod tm̃ ad decem mandata tenetur: & alterum quod perfectionem euangelicam profitetur. Et hi nõ tm̃ ad mãdata,ſed ad conſilia chriſti obligant̃. Quale eſt in primis illud. Vade & uẽde omnia quæ habes,& da paupibus,& ueni ſequere me. Quãobrẽ ꝓpter huiuſmodi perfectos homines,Sponſa nõ ſe roſam campi,ſed qd maius eſt, ſe uiolam conuallium rurſus appellat,dicens. Et uiola conualliũ. Quod maioris eſt & conditionis,& dignitatis: Nam uiola conuallium lõge præſtat roſæ campi. Præſtat enim,quia Viola ꝯuallium non eſt ita expoſita ſolis ardo-

Digitized by Google

ribus,ſicut Roſa campi:hoc eſt,uiri perfecti,qui nudi nudum Chriſtum ſe/quuntur:non ſunt ita expoſiti ſolaribus ardoribus,ideſt ,uitiorum , & peccatorum iſtius mundi concupiſcentiis,ſicut homines , qui ſolum credentes in Chriſtum uerſantur in campo iſtius mundi. Secundo Viola conuallium præſtat Roſæ. Quia in conuallibus locis ſeparatis,remotis,& quietis magis tuta eſt,& non ita expoſita diſcriminibus , & periculis , ſicut Roſa campi. Sic allegorice & uiri perfecti,qui a campo mundi ſe ſe ad conualles, & loca ſecreta conferunt:magis tuti ſunt ab inimicis,& magis quieti,& ad proficiendum in diuina charitate magis intenti. Recte igitur cum dixiſſet Sponſa,Ego Roſa campi,reſpectu eorum,qui in uita uerſantur actiua,quod maius eſt,poſtea intulit dicens. Et Viola conuallium,reſpectu eorum , qui uitam ſibi elegerunt quietam,& cõtemplatiuam. De qua dixit dominus, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea . Sicut Lilium inter ſpinas,ſic amica mea inter filias:ſic in utraq; tranſlatione , In hebræo autem ſic: Sicut uiola inter ſpinas,ſic ſocia mea inter filias . Alternatim reſpondẽs dominus,comparat Sponſam redolenti,& pulchræ uiolæ, quæ eſt inter ſpinas dicens. Sicut Viola inter ſpinas,ſic ſocia mea inter filias: hoc eſt , quemadmodum Viola circundata ſpinis ſemper pungitur ab eis ,& nihilominus perſeuerat in ſua pulchritudine:ſic ſocia mea inter filias.i.ciuitates ,& oppida Iſrael. Quæ ſunt ipſi Hieruſalem,ut filiæ. Pungunt eam tamen ſemper, tanq̃ ſpinæ calumniantes eam,& quærentes excutere iugum obedientiæ,& ſubiectionis. Hæc & per figuram dicta ſunt,& pro noua Hieruſalẽ Romana eccleſia. Quæ mater omnium eccleſiarum ſicut uiola inter ſpinas , ſic & ipſa inter filias.i.eccleſias: Quæ ſemper pungũt eam per nouas calumnias, & hæreſes adinuentas:nihilominus,ſicut Viola puncta a ſpinis non propterea ammittit ſuam pulchritudinem:ſic & Romana eccleſia calũniata, & pũcta a filiabus ſuis, nunq̃ tamen amittet decorem ſuum. Et hoc nõ ſua, ſed ſui primi paſtoris Petri uirtute. Ad quem dixit dominus, Petre rogaui pro te,ne deficiat fides tua.

Vetus tranſlatio.

SIcut Malus inter ligna ſyluarum,ſic dilectus meus inter filios: Sub umbra illius,quem deſideraueram ,ſedi , & fructus eius dulcis gutturi meo.

Noua tranſlatio.

Sicut malus in arboribus ſyluæ, ſic dilectus meus inter filios. In umbra eius deſideraui,& ſedi,& fructus eius dulcis palato meo.

SIcut Malus inter ligna ſyluarũ,ſic dilectus meus inter filios :ſic in utraq; tranſlatione. In hebræo aũt ſic: Sicut Malus in arboribus ſyluæ , ſic dilectus meus inter filios. Sicut malus in arboribus ſyluæ. Cõparata ſpõſa a dño Violæ , q̃ ẽ inter ſpinas,nũc alternatim ſpõſa quã eleganti ſſime cõparat ſpõſum nõ floribus,aut herbis :q̃ res tenues,& humiles ſunt. ſed comparat eum

Digitized by Google

Malo arbori pomiferæ,altæ,atq; ſublimi:& quæ iter arbores ſyluæ ſteriles, & minime fructiferas præſtantiſſima,atq; iocundiſſima eſt earũ omnium: tũ quia cum aliæ oẽs circunſtãtes arbores ſteriles ſunt,ipſa uberrimos dat fructus:tum quia poma,fructus eius non tm̃ dulcia ſunt, ſed & ſuauiſſimi etiã odoris. Et umbram alioquin præſtat amœniſſimam omnibus diuertentibus ad eam. Propterea aptiſſime Sponſa comparat dilectum ſuum huic Arbori dicens, Sicut arbor Malus pomifera in arboribus ſyluæ, infœcundis ſcilicet,ſic dilectus meus inter filios,hoc eſt,inter cæteros iuuenes, deos gentiũ, (ut exiſtimanť) Qui tanq̃ arbores Syluæ ſteriles ſunt,& nullius fructus. Sub umbra illius,quem deſideraueram,ſedi:& fructus eius dulcis gutturi meo. Sic in utraq; tranſlatione, In hebræo autem ſic: In umbra eius deſideraui,& ſedi:& fructus eius dulcis palato meo. Sub umbra eius,arBoris Pomiferæ, (ſubaudi) Deſideraui,& concupiui. ſ. ſedere,& quieſcere. Et ſedi,& quieui: Et ſedens ſub eius umbra comedi de fructibus eius dulcibus, & odoriferis: Et fructus eius dulcis palato meo.

Vetus tranſlatio.

INtroduxit me Rex in cellam Vinariã,ordinauit in me Charitatem. Fulcite me floribus,ſtipate me malis:quia amore langueo. Læua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me.

Noua tranſlatio.

Introduxit me Rex in domum Vini, & uexillum eius ſuper me Charitas. Suſtentate me phialis,ſternite me malis,quia languens amore ego. Læua eius ſub capite meo,& dextera eius amplexabitur me.

INtroduxit me Rex in cellam uinariam,ordinauit in me charitatem: Sic in utraq; trãſlatione: In hebræo autem ſic: Introduxit me Rex in domũ Vini, & uexillum eius ſuper me Charitas. Poſteaq̃ dixit Spõſa ſediſſe,& qeuiſſe ſub arbore Malo,& comediſſe de fructibus eius dulcibus, nunc ſubiũgit dicens. Introduxit me Rex in domum Vini,hoc eſt in legem, ubi multũ bibens inebriata ſum. ❡ Vino diuini amoris. Ordinauit in me Charitatem, in hebræo uexillum eius ſuper me charitas,hoc eſt,Et uexillum, quod leuauit,& erexit ſuper me ad ducendum me poſt ſe: Charitas,& amor, & nõ alia merces,aut ſtipendium. Fulcite me floribus,ſtipate me Malis. Ita in utraq; tranſlatione ad ſenſum. In hebræo autem ſic: Suſtentate me cũ phialis,ſternite me Malis:quia languens amore ego. Ex his datur intelligi, q; poſteaq̃ ingreſſa fuit domum Vini,cũ multum bibiſſet de uino, cœpit grauiter præ nimio amore ægrotare,& infirma eſſe. Et propterea ad ſignificandam ægritudinem,& infirmitatem ſuam ex diuino amore,ægrotantium more clamat. Suſtentate me cum phialis. ſ. optimi uini: Sternite me Malis. ſ. dulcibus, & odoriferis: quia amore langueo. Mos.n. ægrotantium,& infirmoꝝ eſt,cũ maxima afficiunť,& laborant infirmitate:petere uarias optimi uini Phialas, uariaq; & multa optima redolentium Pomorum genera: ut uidendo ſaltem,&

Digitized by Google

odorando has res, recreationem aliquam recipiant. Sic & Sponſa nunc facta ex diuino amore languida, petit huiuſmodi res languentium ad ſe refocillandam, atq; recreandam. Hæc ebrietas diuini amoris, & ſi in utraq; & ueteri & noua eccleſia fuerit: uehementior tamen in noua catholica eccleſia: quæ uere inebriata uino illo ſanguine Chriſti, ultro ſe ſe in mortem tyrannis offerebat. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Senſus eſt, Cum itaq; ego Sponſa, ſic grauiter amore illius ægrotarem, & languida eſſem: mox præſto mihi fuit dilectus meus: Qui uidens me ita uehementer languere, more chariſſimorum amicorum, qui amicis ægrotantibus compatiuntur, læuam ſuã mihi languenti ſub capite meo ſuppoſuit: & dextera ſua me amplexus eſt. Quam rem facit cõtinue Chriſtus eccleſiæ ſuæ exiſtenti in infirmitate, & tribulatione. Sed potiſſimũ cũ amore languet.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
ADiuro uos filiæ Hieruſalem per capreas, ceruoſq; camporum, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectã, quo ad uſq; ipſa uelit.	Adiuro uos filiæ Hieruſalẽ per capreas, ceruaſq; campi, ſi ſuſcitetis, aut ſi excitetis dilectam, quoaduſq; complacentiam habebit.

ADiuro uos filiæ Hieruſalẽ per capreas, ceruaſq; campi, & reliqua. Hic eſt locus, in quo Sponſus utriuſq; Hieruſalẽ Chriſtus apertiſſime ſubiicit totum populum Iſraeliticum, omneſq; Eccleſias orbis terrarũ, ſub uno magno Sacerdote, & una matre Eccſia uetere Hieruſalẽ, & noua Romana. Imprecaturq; filiabus utriuſq; ueteris, & nouæ Hieruſalem duriſſimam Ferarum mortem, ſi rebellantes a matre eccleſia Hieruſalem, ſuſcitauerint, & excitauerint eam. hoc eſt (ut exponit Rabbi ſelomo) ſi eam fuerint aliquo modo cauillatæ, calumniatæq;, dicens. Adiuro uos filiæ Hieruſalem. hoc eſt, uos omnẽ populum Iſraeliticum, & omnia oppida, & ciuitates ueſtras: quæ eſtis ipſi Hieruſalem ut filiæ. Et ſic in Euangelio mulieres, quæ ſequebantur eum a Galilea miniſtrantes ei appellauit filias Hieruſalem dicens. Filiæ hieruſalem, nolite flere ſuper me, & cætera. Et ſic Rabbi Abraam Abenezra, & antiqui doctores hebræorum omnes exponunt per filias Hieruſalem intelligi omnia loca, quæ habitabantur ab Iſrael, & totum populum ipſum Iſraeliticum. Quem dominus terribiliter adiurat dicẽs. Adiuro uos filiæ Hieruſalem per capreas, ceruaſq; campi, ſi ſuſcitetis aut ſi excitetis dilectam: ſcilicet Eccleſiam Hieruſalem, hoc eſt, ut exponit Rabbi Selomo, & Rabbi Abraam Abenezra in ſuis Cõmẽtariis. Imprecor uobis mortem ſæuiſſimã, quam capreæ, & ceruæ campi patiuntur a uenatoribus, a quibus circumuẽtæ, & captæ, occiduntur, & dilaniantur. Si ſuſcitetis, aut ſi excitetis dilectam ſponſam. ſ. meam Hieruſalem, Quoaduſq; ipſa uelit, Ita in latino, & in græco, In hebræo autem had ſetehppas, ideſt complacẽtiam habebit ſcilicet in

Digitized by Google

me quod erit uſq; ad meum in ipſam aduentum. Hæc eadem in figura dicta ſunt, & pro noua catholica Eccleſia, cuius filias. i. omnes totius orbis terraȩ eccleſias, ſub eadem adiuratione & imprecatione dominus nimirũ terribiliter adiurat, & aſtringit, ne ſuam dilectam nouam Romanam eccleſiam ſuſcitent, aut excitent, hoc eſt, calumnientur, atq; perturbent: Quouſq; ipſa cõplacentiam habebit in ſe ſponſo Chriſto, quod erit uſq; in finem. Sed quia tantum potuit caro, & ſanguis, ut neq; ſic terribiliter adiuratæ filiæ ueteris Hieruſalem ſe ſe continerent, quin per idolatriam rebellarent in matrẽ ſuã Hieruſalem tempore regis Roboam, propterea dictam terribilem adiurationem incurrentes, tanq̃ capreæ, ceruæq; camporum datæ ſunt in manus Regis Aſſyriorum in prædam & mortem, & in captiuitatẽ ſempiternã. Et quia omnes euentus (ut diximus) ueteris Hieruſalem figuræ ſunt, & ſigna nouæ Hieruſalem Romanæ eccleſiæ, omnia enim (ut inquit Apoſtolus) in figura contingebant illis. Propterea non mirum, ſi ſic conſimiliter poſtea & Græci rebellantes in ipſam nouam Hieruſalem Romanam eccleſiam per nephariam eorum hæreſim in eandem dominicam imprecationem incurrerunt: & tanq̃ capreæ, ceruæq; campi & ipſi dati ſunt in manũ regis Turcarũ in prædam & in captiuitatem a Septuaginta annis citra, & uſq; in præſentem diẽ, Et nunc prohbolor & plæriq; Germanorum non timentes tam terribilem, tamq; acerrimam Chriſti adiurationẽ imprecationẽq;, neq; tam aperta, quæ ex ea ſubſecuta ſunt iudicia, rebellãtes in nouam Hieruſalẽ Romanam eccleſiam, ſe ſe in iudicium decem tribuum, et græcorum præcipitant, in interitum, et damnationem ſempiternam. Sed quid dicemus ad hæc, niſi illud dominicum uerbum: Væ mundo a ſcandalis, neceſſe eſt. n. ut ueniant ſcandala, Veruntamen ueh homini illi, per quem ſcandalum uenit.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
VOx dilecti mei, ecce iſte uenit ſaliens in montibus, trãſiliens colles, ſimilis eſt dilectus meus capreæ, Hinnuloq; ceruorũ. En ipſe ſtat poſt parietẽ noſtrum, reſpiciens per feneſtras, ꝓſpiciens per cancellos.	Vox dilecti mei, ecce iſte uenit ſaliẽs ſupra montes, tranſiliens ſupra colles, ſimilis dilectus meus capreæ, uel hinnulo ceruorum. Ecce iſte ſtans poſt parietem noſtrum, proſpiciens ex feneſtris, reſpiciens ex cancellis.

VOx dilecti mei, ecce iſte uenit ſaliens ſupra montes, tranſiliens colles. & cetera, ſic in omnibus tribus linguis ferme. Cũ cœpiſſet narrare ſpõſa in principio cantici, quo nam pacto educta fuiſſet de ægypto, & accepta lege introducta in cubicula Regis: poſtea facta digreſſione perducta eſt cũ ea hucuſq;. Nunc uero rediens, unde digreſſa fuerat: narrat modum ſuæ liberationis ab ægyptiaca captiuitate, dicẽs. Quod cum magno deſiderio expectaret finem ſuæ captiuitatis: diceretq; continue, Trahe me, poſt te curre

Digitized by Google

mus. Ecce inquit uox dilecti mei, Et ipſe met dilectus meus præſto ante etiã præfixum terminum captiuitatis. Saliens ſupra mõtes, & tranſiliẽs ſupra colles, ſimilis capreæ, hinnuloq́ ceruorũ, in currendo. ſ. ad me liberãdum: Ecce iſte ſtans poſt parietem noſtrum & cetera. Senſus eſt, Credebam ego Sponſa me triſtem, mœſtamq́ permanſuram adhuc per dies multos in captiuitate ægyptiaca, quando ecce dilectus meus prope me indicans ſe ſtare poſt parietem noſtrum, & reſpicere ex feneſtris, & cancellis ea, quæ fiebãt mihi oppreſſæ, & attritæ in ægypto: Sicut & ipſa inquit ſcriptura, quæ dicit. Videre uidi afflictionem populi tui.

Vetus tranſlatio.

EN dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea colũba mea, formoſa mea, & ueni. Iam enĩ hyems trãſiit, imber abiit, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit. uox Turturis audita eſt in terra noſtra: Ficus protulit Groſſos ſuos: Vineæ florẽtes dederũt odorem ſuum. Surge propera, amica mea, ſpecioſa mea & ueni.

Noua tranſlatio.

Reſpondit dilectus meus, & dixit mihi. Surge tibi ſocia mea, pulchra mea, & uade tibi. Quia ecce hyems tranſiit imber abiit, & receſſit ſibi. Gemmæ florum uiſæ ſunt in terra: Tempus cantilenæ aduenit: & uox Turturis audita eſt in terra noſtra. Ficus ꝓtulit groſſos ſuos: & Vites uua acerba dederunt odorẽ. Surge uade ſocia mea, pulchra mea, & uade tibi.

EN dilectus meus loquitur mihi: Surge, ꝓpera amica mea, Colũba mea, formoſa mea, & ueni. Ita in utraq́ tranſlatione ferme. In hebræo autẽ ſic. Reſpõdit dilectus meus, & dixit mihi: ſurge tibi ſocia mea, pulchra mea, & uade tibi, ex quibus apparet in utraq́ tranſlatione abundare uerba, propera: columba mea, quæ in hebræo non extant. Poſteaq̃ dixit Sponſum more currentis capreæ, hinnuliq́ ceruorum, ueniſſe ad ſe liberandam de captiuitate ægyptiaca: nũc ſubdit ꝙ ueniens etiam locutus fuit ſecũ, & ei clamãti reſpondit ꝑ Moſe, & Aaron & dixit: Surge tibi ſocia mea, pulchra mea, & uade tibi: Quia tempus iam eſt, ut te educã de captiuitate. Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit: ſic in utraq́ tranſlatione. In hebræo autẽ ſic. Quia ecce hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit ſibi. & cætera. Volens dominus educere populum ſuum Iſraeliticum de ægypto, quo facilius ei perſuaderet diſceſſum: oſtendit opportunitatem temporis, quo id facere elegerat, dicens. Quia ecce hyems tranſiit, imber abiit: Quæ ſunt, iter facere uolentibus, grauiſſima. Sed hæc inquit abierũt: & Ver aduenit. Et ſic quo ſpõſam alliceret ad iter arripiendum, narrat commoditates itineris dicens. Flores apparuerunt in terra noſtra. Tempus putationis aduenit: Vox Turturis audita eſt in terra noſtra: Ita in utraq́ tranſlatione. In hebræo autem ſic. Gẽmæ florum uiſæ ſunt in terra, tempus Cantilenæ aduenit. Et uox Turturis

Digitized by Google

audita eſt in terra noſtra. Gemmæ florum uiſæ ſunt in terra, hoc eſt, Aduenit
iam amœniſſimum tempus ueris, in quo arbores protulerunt ſuas florũ gẽ/
mas. Quas iter faciens uidendo, admodum delectaberis. Tempus putationis
aduenit. Ita in græco, & in latino. In hebræo autem habetur Zamir, quod
æquiuocum eſt ad putationem, & ad cantilenam. Et conuenientius hic acci
pitur ab hebræis pro cantilena. Quia ſenſus eſt, Inſuper & aues ipſæ hoc tẽ
pore quãdulciſſime canentes, ſummopere delectabunt te iter facientem. Et
uox Turturis audita eſt, hoc eſt, & inſuper Turtures, & columbæ cœperunt
iam canere, & ſuas uoces dare in terra noſtra, per quam itura es. Ficus protu
lit groſſos ſuos: & uineæ florentes dederunt odorem ſuum, ita in græco, &
in latino. In hebræo autem ſic. Ficus ꝓtulit groſſos ſuos, & uites Semadar
uua acerba dederunt odorem. Ficus protulit groſſos ſuos, ꝯſimiliter & aliæ
arbores, Et uites Semadar, quod eſt uua acerba cum primum incipit exce/
dere, & exire a ſuis floribus: qui excidentes dant odorem. Quas res (inqt)
uidere in itinere, erit tibi admodum delectabile, atq; iucundum. Surge pro
pera, amica mea, ſponſa mea, & ueni: ſic in utraq; tranſlatione. In hebræo
autem ſic. Surge, uade ſocia mea, pulchra mea & uade tibi. Poſteaq̃ more
ſponſorum, qui cum uolunt traducere Sponſas in domũ ſuam, narrant eis
cõmoditates omnes itineris, allexit dominus ſponſam, & ſororem ſuam con
gregationem Iſrael, eam excitans ad iter, ſubdit, ſurge, uade ſocia mea, pul
chra mea uade tibi. Repetitio eorundem uerborum ad oſtẽdẽdum magnũ
ipſius ſponſi amorem, & affectum. Iam hyems tranſiit, imber abiit, & receſ
ſit & reliqua. His ad literam ſic (ut expoſuimus) expoſitis, operepretium eſt
nunc ea omnia, & myſtice ſm allegoricum ſenſum, ſicut ueteres hebræorũ
doctores expoſuerunt, exponere. Dicebat itaq; Sponſus, Surge tibi ſocia
mea, pulchra mea, & uade tibi. Hoc ẽ excitare. & moue te ocyus: quia ecce
hyems tranſiit, hoc eſt, quadringenti anni captiuitatis tuæ in ægypto, a nati
uitate Iſaac, ſupputando, præterierunt. Intelligit enim ſcriptura Metapho
rice per hyemem captiuitatem. Imber abiit, & receſſit, hoc eſt, Et ipſa cala/
mitas, maximaq; hyemis aſpitas, atq; difficultas abiit, & receſſit. Intelligitq;
per hymbrẽ octoginta & ſex annos eiuſdem captiuitatis: quibus ſupra mo
dum ſæuitum eſt contra eos ab ægyptiis. Quod tempus cœpit a natiuitate
Mariam ſororis Moſe, & Aaron. unde ab ea ſæuitia, & amariſſimo euentu,
naſcenti tũc ſorori eorundem, impoſitum eſt ei nomen Mariam. Quod eſt
nomen a Mar. ideſt, amaritudine deductum, & ei impoſitum. Ex quo a nati
uitate Mariam ſupra modum amaricare cœperunt ægyptii Iſrael. Vnde &
beatiſſima Virgo nuncupata fuit & ipſa Mariam, ideſt, amaricata ualde, ſi/
cut & prædictum fuit ei per ſanctum ſenem Simeonem, dicentẽ. Tuam ip/
ſius animam gladius doloris pertranſibit: Et ſi Mariam nihilominus poteſt
exponi uiſio, ſiue lumen maris. Vnde merito eadem uirgo ab hac Etymo/

Digitized by Google

logiam appellatur maris Stella. Gēmæ florum uiſæ ſunt in terra, hoc eſt, Ecce Moſe & Aaron, qui ſunt tanq̄ gemmæ florum præſto ad omnes cōmoditates ueſtras. Tempus cantilenæ aduenit, Quod erit ſignum illius pulcherrimæ cantilenæ, quam cantaturi eſtis mihi in Mari rubro pro habita de Pharaone, & exercitu eius uictoria: quæ incipit, Cantemus domino, glorioſe & reliqua. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. i. uox letitiæ, exitus ueſtri de ægypto. Ficus protulit Groſſos ſuos, hoc eſt, Adeſt iam tempus, in quo offeretis groſſos, hoc eſt, primogenita ueſtra, Et uites uua acerba dederunt odorem, hoc eſt, Adeſt iam tempus libaminis, & ſacrificii per uinum. Hæc, quæ in figura contigerunt patribus hebræis, contigerunt poſtea, ſicut & figurata ſunt, & catholicæ Romanæ Eccleſiæ: quæ non ſolum per quadringentos annos manſerat in ægypto, ideſt, in captiuitate, & caligine, & umbra mortis: ſed per longe plures, donec uenit dominus IESVS, qui eduxit nos de captiuitate: qui adueniens, dixit catholicæ Eccleſiæ. Surge tibi amica mea, pulchra mea, & uade tibi: Quia hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit: hoc eſt, tēpus caliginis tuæ, & umbræ mortis, in qua habitabas, abiit & receſſit. Gēmæ florum uiſæ ſunt in terra, hoc eſt, apoſtoli Chriſti, qui fuerunt ueræ Gēmæ florum, & precioſiſſimæ gemmæ, quæ tot, & tantos protulerunt fructus, apparuerunt in terra. Tempus cantilenæ aduenit, hoc eſt, tempus, quo totus orbis terrarum pſalmos, & hymnos unanimiter deo canimus. Et uox turturis audita eſt in terra noſtra, ideſt apoſtolorum, Quia ſicut Turtur ſuo cantu abſceſſum hyemis, & ueris aduentum nunciat: ſic & Apoſtoli abſceſſum tenebrarum, & umbræ mortis, & appropinquationem regni cœlorum annunciauerunt. Et ſicut Turtur pro cantu humilem gemitum reddit, ſic & Apoſtoli, euntes ibāt, & flebant mittentes ſemina ſua. & (ſicut Turtur) pudicitiæ, & omnium uirtutum amantiſſimi fuerunt. Ficus protulit Groſſos ſuos, hoc eſt, arbor infructuoſa gentium iam incepit dare fructum deo. Et uites Semadar ideſt cum uua acerba, dant odorem, hoc eſt, aduenit iam tēpus in quo non per animalia amplius, ſed per panem, & uinū ſacrificabitur deo, in odorem ſuauitatis:

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
COlumba mea in foraminibus petræ. In cauerna Maceriæ, oſtende mihi faciem tuā, ſonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.	Columba mea in foraminibus petræ in abſconſione gradus fac uidere me aſpectum tuum: fac audire me uocē tuam: quia uox tua dulcis: & aſpectus tuus decorus.

COlumba mea in foraminibus petræ, in cauerna Maceriæ. Ita in latino, & in græco fere, In hebræo autem ſic. Columba mea in foraminibus petræ, in abſconſione gradus. Columba mea in foraminibus petræ: Mirum quod uocans Sponſam columbam, ſubdit in foraminibus petræ. Quā

obrem ſciendum q̃ ſecundum doctores Hebræorum comparatur hic gens Iſraelitica columbæ in foraminibus petræ, ex eo quia ſicut interdum Colũba fugiens a facie perſequentis Accipitris, feſtinanſq; abdere ſe ſe in foraminibus petræ, in ipſo ingreſſu foraminis per maximum infortunium incidit in colubrum. Et rurſus retrocedens, recidit in accipitrem. Sic accidit & Iſraeli. Cum fugiens Iſrael a facie Pharaonis ex ægypto, incidit in Mare rubrũ ex uno latere, & in deſertum, & luſtra ferarum ex alio: & referens pedem a mari, & luſtris ferarum, rurſus recidit in manus Pharaonis. Vnde merito hic gens Iſraelitica appellatur Colũba in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, ſiue ut in hebræo beſether madrega, hoc eſt, in abſconſione gradus, ideſt in latibulis, & foraminibus, quæ ſolent remanere ſub altis aggeribus: qui fiunt pro muniendis ciuitatibus. In quibus ſolent habitare & colũbæ ipſæ, & etiam atrociſſimi ſerpentes. Oſtende mihi faciẽ tuam: ſonet uox tua in auribus meis. Cum itaq; tantis difficultatibus eſſet circumuenta gens Iſraelitica, & pene perdita, dixit ad eam dominus. Noli timere, Oſtende mihi faciem tuam: hoc eſt, in his tuis tantis diſcriminibus, & anguſtiis, reſpice ad me, recurre ad me. Nam ad quem alium debes & reſpicere, & recurrere niſi ad me? In hebræo autem ſic. Fac me uidere aſpectum tuum, fac me audire uocem tuam. Et idem eſt ſenſus. Oſtende mihi faciem tuam, hoc eſt, fac ut uideam ego rectitudinem operationum tuarum. Sonet uox tua in auribus meis, hoc eſt, Clama ad me de tribulatione, quia ego te exaudiam. Ad hæc, quo facilius inducat Iſraelem ad ſe reſpiciendum, & ad ſe clamandum de tribulatione, dans ei maximam fiduciam, & ſpem infert dicens. Quia uox tua dulcis. ſ. mihi, cum clamas ad me de tuis neceſſitatibus. Et facies tua, qua me reſpicis, clamando ad me, decora. Hæc eadem, quæ in figura acciderunt patribus noſtris hebræis, acciderunt poſtea & filiis. Nam ſicut patres liberati ex egypto, perſequente eos Pharaone, quærebant ſe ſe in ſecreto aliquo loco abdere, ſicut columba quærit ſe ſe abdere in foraminibus petræ, inſequente eam accipitre. Sic & eccleſia Catholica gentium liberata de ægypto, dum perſequente adhuc Pharaone, ideſt antiquo Serpente, quærit ſe ſe recipere in foramina petræ, ideſt in Chriſti uulnera, que appellantur a ſacra Scritura foramina petræ, Iuxta illud Exodi capite. 33. ubi ſic legitur, Ecce inquit eſt locus apud me & ſtabis ſupra petram, Cũq; tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ: & protegam dextera mea: donec tranſeã, & reliq. Dum itaq; catholica Eccleſia liberata de ægypto, quærit ſe ſe abdere in foramina petræ. i. in Chriſti uulnera, incidit ut patres in mare, & luſtra ferarũ: & ut Columba in Colubrũ, ſic & ipſa in principes & Tyrannos, qui acerbiſſima morte afficiebant eam. Ita ut in ea impleretur illud ꝓpheticum. Facti ſumus ſicut oues occiſionis. Deinde liberata a principum & Tyrannorum perſecutione, credẽs ſe in foraminibus petræ. i. Chriſti uulneribus quietu-

ram

ram,incidit in hæreticos,Arrium,Neſtorium,Sabellium,Marchionem,Manicheum,& alios quamplurimos,qui tot pugnis, totq; perſecutionibus eccleſiam dei agitauerunt:ut difficile ſit diiudicare, a quibus crudeliores pugnas,& duriora certamina,ac maiores clades acceperit eccleſia, ab infidelibus principibus & tyrannis,an ab hæreticis & ſchiſmaticis,a quibus ſicut & ab ipſis principibus & tyrannis eripuit ipſam dominus, & q; ſemper eripiet non ambigimus.Et ſi eam his tẽporibus,hinc a rege Turcarum,atq; hinc ab hæreticis Lutheranis tot conſpicimus obſeſſam,atq; circumuentã diſcriminibus :ut quæ hactenus ab ipſis perſequentibus Imperatoribus, & ab ipſis impugnantibus hæreticis,paſſa eſt certamina ,etſi maxima,nihilominus reſpectu eorum,quæ nunc imminent,& ſupra caput eius impendẽt,illa, quæ olim perpeſſa eſt,parui momenti atq; ponderis,& iocus pene,& ludus fuiſſe uideantur.Ad hæc mala & illud ei accedit,quod principes Chriſtianorum,a quibus tot imminentibus periculis obuiam iri oporteret:adeo ſe ſe cõtinuis cladibus conficiunt : ut nõ modo inimicos, qui columbam in foraminibus Petri commorantem ,armorum potentia,& falſiſſimis opinionibus prorſus delere ſtudent,atq; feſtinant,nõ repulſuri uideãtur: quinimmo dum ſuis intenti affectionibus,oculos a colũba,hinc ab accipitre, & hinc a colubro circumuenta auertunt,ipſis hoſtibus,atq; hæreticis iter expeditiſſimum parẽt. Quã ob rẽ uidẽs xp̃s ſuã dilectã Romanã eccl'iã oĩum eccl'iaꝝ mũdi ꝑpter cathedrã Petri principẽ in tot diſcriminibus poſitã ,clamat ad eã dicẽs.Oſtẽde mihi faciẽ tuã,ſonet uox tua in auribus meis ,hoc eſt, Reſpice ad me,clama ad me,de iſtis tuis neceſſitatibus.Pete tibi auxiliũ a me ,a quo ſicut ab oĩbus aliis malis,ſic & nũc liberaberis ĩ dilectione Petri. Pro quo oraui p̃rem ne deficeret fides eius,quæ ſola perſeuerabit uſq; in finem. Et poſtea addens ei animum ad recurrendum ad ſe adiungit dicens. Vox enim tua ,qua clamas ad me de neceſſitatibus tuis dulcis·Et facies tua,qua reſpicis ad me clamando,decora·

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
CApite nobis uulpes paruulas,q̃ demoliunt̃ uineas·Nã uinea noſtra floruit. Dilectus meꝰ mihi & ego illi,Qui paſcitur inter lilia·	Capite nobis uulpes ,uulpes puulas,demoliẽtes uineas. Et uinea noſtra,uuã acerbã. Dilectus meus mihi & ego illi :qui paſcit in uiolis.

CApite nobis uulpes paruulas,quæ demoliunt̃ uineas: Sic in utraq; trãſlatiõe.In hebræo aũt ſic· Capite nobis uulpes,uulpes paruulas ,quæ demoliũtur uineas.Capite nobis uulpes &cæ.Hæc uerba ſunt Chriſti, Qui populum ſuum Iſraeliticum,poſteaq̃ Pharaonem,& ægyptios ſubmerſit in mari :hortatur ad prædam ipſoꝝ ægyptioꝝ. Quos ꝑ elegantem metaphorã uocat uulpes,tum quia poſt congreſſum eorum cũ iſrael fugerũt ut uulpes, dicẽte ſcriptura in ꝑſona eoꝝ, Fugiamus Iſrael,tum qa ut uulpes demolie/

banť uineas dñi dei Sabaoth. Et aduertẽdum in hebræo haberi ſic, uulpes, uulpes paruulas, hoc ẽ magnas uulpes, & paruulas uulpes. Et p magnas uulpes eos ægyptios intelligit, q & p fraudẽ, & p uim iniuriam, & mortẽ captiuis hebræis inferebant. Per paruulas uero eos, q cum ui, ac potentia nõ poſſent, ingenio, ac dolis cõtra eos nitebanť. Habuerunt itaq; p̃res hebræi in ægypto duo genera inimicoꝝ. unum, qđ & ui ↄtra eos, & fraudibus præualebat, alteꝝ uero, qđ cum ui, & armis nõ poſſet: ingenio tñ, & aſtutia, ut uulpes, eos lædebant. Quos qdem inimicos dereliqrunt p̃res & nobis filiis i hæreditatẽ. Senſit. n. catholica eccl̃ia ſemp, ſed his potiſſimũ tpibus ſentit hæc duo genera inimicoꝝ: q ut uulpes ſemp demoliti ſunt, & nunc q̃ maxime demolіunť uineã dñi dei Sabaoth. Et magnæ uulpes, q̃ nũc demoliunť eccl̃iã ſunt reges Turcaꝝ: q etiã ſupiore ãno demoliti ſunt duas maximas, pulcherrimaſq; uineas, & Chriſtianoꝝ tutiſſima ꝓpugnacula, Belgradum. ſ. & Rhodum, & quottidie nõ ceſſant demoliri uineas, non tñ ui, & armis: quãtũ dolis, & fraudibus more uulpeculaꝝ. Paruulæ aũt uulpes, q̃s ſemp olim experta eſt eccl̃ia, & nunc maxime experiť, ſunt hoſtes paruuli, q non ui, atq; potẽtia, ſed ingenio & dolis, ut paruæ uulpeculæ agunt, Quales ſunt nunc uulpeculæ, quæ nup ex foueis ꝓſiluerunt in Germania Lutherani hæretici, Qui non hoc aut illud, ut pleriq; oẽs hæretici impugnãt, ſed totã Romanã eccleſiam, eiuſq;, a ſanctis p̃ribus tradita dogmata labefactare ſtudent. Et qđ horrendum dictu eſt, Petro & ſucceſſoribus eius primatũ in catholica Eccleſia ꝓrſus eripere nitunť. Quã ob rẽ, qd obſecro faciendũ eſt: & magnis, & paruulis uulpib9 his demoliẽtib9 uineas dñi dei ſabaoth, niſi qđ dicit hic dñs capite nobis uulpes, uulpes. Propterea o caput eccl̃iæ catholicæ CLEMENS ſeptime. Pont. Max. Sanctiſſime o Romanoꝝ Impator CAROLE Religioſiſſime, o Francoꝝ Rex FRANCISCE Chriſtianiſſime, Cæteriq; Reges, & principes, audite, audite obſecro, uobis uobis dicit hæc Xp̃s dñs, capite nobis uulpes, uulpes, quæ demoliunť uineas dñi dei ſabaoth, Capite inquã magnas uulpes Turcas, & capite paruulas, Lutheranos hæreticos. Et qd cunctamini o principes diuinis parere p̃ceptis? An uos, q leones eſtis, & ſynceram, puráq; Petri, principis apl̃oꝝ (ſupra quẽ fundata eſt eccl̃ia) fidẽ geſtatis i pectore, Timetis tales inimicos inuadere, quos, uobis animũ addẽs, hic xp̃s uulpes appellat? Vere. n. uulpes ſunt aduerſarii, inimiciq; eccl̃iæ, q uobis uiribus impares, nõ potẽtia, & armoꝝ uirtute oppugnant eã, ſed meris uulpeculaꝝ fraudibus. Quare uos uos principes p aſperſionẽ ſanguinis IESV chriſti appello, uos in nõine eius obſecro, recõciliamini, pacẽ habete inter uos & ſurgite, capite uulpes iſtas. Alioqui ſi neglexeritis, ſi Chriſto domino ob ueſtras importuniſſimas diſſenſiones parere nõ curaueritis: ſcitote q; ꝓ oib9 his adducet uos deus in ſeueriſſimũ iudiciũ. Sed de his hactenus, redeamus hũc, undđ digreſſi ſum9. Nã uĩea nr̃a floruit. Ita i utraq; trãſlatiõe, In hebræo

Digitized by Google

aũt ſic,& uineæ nr̃æ Semadar,hoc ẽ,uuã acerbã.ſ.icipiũt pducere. Et uineæ nr̃æ Semadar,hoc eſt,& uineæ nr̃æ incipiunt floreſcere, & reddere magnos fructus. Dilectus meus mihi,& ego illi,q paſcit inter lilia: Ita in utraq; trãſlatione. In hebræo aũt q paſcit in uiolis. Dilectus meus mihi, Quia. i. ſacrificiũ laudis,quod uult ab hominibus nõ recipit niſi a me. Et ego illi, Quia in oĩbus neceſſitatibus meis,nõ niſi ad ip̃m ꝯfugio,& nõ ad deos alienos. Qui paſcit in uiolis,hoc eſt,q nõ paſcit niſi in uiolis. Et hoc propter odorem ſuauiſſimum uiolarum.i. ſanctiſſimarum animarum, Quarum odor eſt, ut uiolarum,quo chriſtus mirum in modum capitur.

Vetus tranſlatio.

Donec aſpiret dies,& inclinentur umbræ, Reuertere ſimilis eſto dilecte mi capreæ,hinnulo ceruorum ſuper montes Bethel.

Noua tranſlatio.

Vſq; quo ſpiret dies, & fugiãt umbræ, Auertendo aſſimilauit te dilecte mi capreæ,uel hinnuloq; ceruorum ſupra montes Bather.

DOnec aſpiret dies, & inclinentur umbræ, Ita in latino, in græco autem ſic. ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα ἐκινηθῶσιν αἱ σκιαί hoc eſt, uſq; quo aſpirauerit dies,& moueantur umbræ. In hebræo autem ſic,uſq; quo ſpiret dies & fugiant umbræ. Cũ dixiſſet ſupra Sponſa,dilectus meus mihi, & ego illi. Nunc q̃ſi p correctionẽ,& definitionẽ eoꝝ uerboꝝ ſubiungit, Vſq; quo ſpiret dies,& fugiãt umbræ,hoc eſt eris mihi dilectus. Vſq; quo dies, ideſt Sol, (Capit enim ſcriptura ſæpe diem pro ſole)incaleſcat,& fortiter ſpiret ſuper me,& ſuo fortiori ſpiramine,& calore efficiat me nigrã,hoc eſt uiduã, & ſine te ſpõſo: Per fortiter enim ſpirantem,& incaleſcentem ſolem,intelligit æſtũ ꝯcupiſcentiæ. Et p nigredinẽ inductã a ſole ipſius peccati maculã, atq; ſordẽ,ſponſiq; priuationẽ. Cõſueuerunt.n. ſpõſæ,cum ſuis chariſſimis priuantˀ ſponſis,nigris ueſtibus indui. Et p hæc apte deſignat peccatum idolatriæ,qđ peccauit in deſerto adorans uitulum. Et fugiãt umbræ. Ex eo.n. qđ dixit diẽ.i. ſolẽ fortius ſpiraſſe,intelligitˀ aſcendiſſe iã in altum. Et ſic ſua p̃ſentia, fugaſſe umbras:quæ pri⁹ erãt ſup terrã. Et metaphorice intelligẽdũ de umbris alaꝝ Xp̃i, Quibus añ peccatum ꝓtegebatˀ ſponſa. Vſq; quo ſpiret dies,& fugiãt umbræ ergo,eris mihi dilectus ſubaudiẽdum: exinde uero nõ dilectus,ſed potius a me derelictus. Reuertere, ſimilis eſto dilecte mi capreæ,hinnuloq; ceuoꝝ,ſup mõtes Bathel. Ita in utraq; trãſlatione, In hebræo aũt ſic, Auertendo aſſimilauit te dilecte mi capreæ, uel hinnulo ceruoꝝ,ſupra mõtes inciſionis. Senſus eſt, Tunc cũ ſpirauerit dies, & fugerint umbræ,tu grauiter ferens meã præuaricationẽ,& ingratitudinẽ, auertendo oculos tuos a me,aſſimilauit te aliqs(ſubaudi)capreæ hinnuloq; ceruoꝝ in currendo, & fugiendo a me. Et fugiens a me conceſſiſti ad montes Bather. i.inciſionis,& ſeparationis,hoc eſt,ad montes æternos,dicens mihi illud nõ aſcendam in medio tui.quia populus duræ ceruicis tu. Exodi.33. capite.

Digitized by Google

CAPITVLVM TERTIVM.

Vetus tranſlatio.

IN lectulo meo p nocté quæſiui. qué diligit anima mea Quæſiui illũ, & nõ inueni. Surgã, & circuibo ciuitaté p uicos, & plateas: Quæram qué diligit aĩa mea. Quæſiui illũ, & nõ inueni. Inuenerũt me uigiles, q cuſtodiũt Ciuitaté. Num qué diligit aĩa mea uidiſtis? Paululũ cũ pertranſiſſem eos, inueni quem diligit aĩa mea. Tenui eũ, nec dimittam, donec introducã illũ in domũ matris meæ & in cubiculum genitricis meæ

Noua tranſlatio.

Supra lectulũ meũ in noctibus quæſiui qué diligit aĩa mea: quæſiui ipm & nõ inueni ipſum. Surgã nunc, & circuibo in ciuitate, i uicis, & in plateis. Quærã qué diligit aĩa mea. quæſiui ipſum, & nõ inueni ipſum, Inueruntme cuſtodes circũeuntes in ciuitate, Qué diligit aĩa mea uidiſtis? ſicut paululũ, cum ptranſiſſem ab eis, uſq; quo inueni, qué diligit aĩa mea. Præhendã ipſum, & nõ lenteſcã ſup ipſum, uſq; introducã eũ ad domum matris meæ, & ad cubiculũ genitricis meæ.

IN lectulo meo p nocté quæſiui qué diligit aĩa mea. Quæſiui illũ, & non inueni, Sic in utraq; tranſlatione. In hebræo aũt habet ſic, Supra lectũ meũ in noctibus quæſiui qué diligit aĩa mea. Quæſiui ipm, & nõ inueni ipſum. Poſteaq̃ indignatus ſpõſus ob adorationé uituli, ſeceſſit a pololo ſuo, dimiſitq; illũ p triginta & octo annos in deſerto, dicens, Nõ ego in medio ueſtrũ. Inqt ſponſa, In lectulo meo p nocté quæſiui qué diligit aĩa mea, hoc é, in maximis meis tribulationibus triginta & octo annoꝝ in deſerto. Per lectũ. n. in quo maxime ꝯſiderant res, intelligit tribulationes, q̃s paſſa eſt in deſerto. Quæſiui ipſum, & nõ inueni, Surgã, & circuibo ciuitatem p uicos, & plateas. Quærã qué diligit aĩa mea, Quæſiui illũ, & nõ inueni, & ꝯſimiliter in hebræo. Et ſenſus eſt. Cũ ſupra lectũ meũ cogitaſſem meas tribulationes, cogitaui, & dixi, ſubaudiendũ, Surgã de lectulo meo, & circuibo ciuitaté in uicis, & in plateis. Quærã qué diligit aĩa mea, & poſtea ſubdit. Quæſiui ipm, & nõ inueni ipſum. Inuenerũt me uigiles, q cuſtodiunt ciuitaté: Sic in latino, In græco aũt, & in hebræo ſic, Inuenerunt me cuſtodes, q circũeunt ciuitaté, hoc eſt, Moſe & Aaron, q erant cuſtodes populi. In ciuitate, hoc eſt, in caſtris deſerti, q cũ iueniſſent me, ſic eos interrogaui. Qué diligit aĩa mea uidiſtis? Et ſi uidiſtis qd dixit uobis, Paululũ cũ ptrãſiſſem eos, inueni qué diligit aĩa mea, hoc eſt paulo poſt q̃ mortui ſunt Moſe & Aaron, quod fuit bienniũ poſt in fine q̃draginta annoꝝ in deſerto, Inueni qué diligit anima mea, Quia mortuo Moſe & Aaron, Cõpletiſq; q̃draginta annis in deſerto, inueni quem diligit anima mea, Quia reuerſus eſt ad me tempore Ioſue, quando cum eius adiutorio debellaui unum & triginta reges: Tenui eum: nec dimittam, Ita in utraq; tranſlatione. In hæbræo autem ſic præhendi eum, nec lenteſcam ſuper eum, uſq; introducam illum in domum matris meæ, hoc

eſt,in tabernaculũ in Silo,& hoc ꝑ omnibus, quæ retribuit mihi.

·Vetus tranſlatio.

ADdiuro uos Filiæ Hieruſalem per Capreas,ceruoſq; camporum,ne ſuſcitetis ,neq; euigilare faciatis dilectam,donec ipſa uelit.

Noua tranſlatio.

Adiuro uos filiæ Hieruſalem in Capreis,uel in ceruabus campi. Si ſuſcitetis , & excitetis ipſam dilectam, uſq; quo complacentiam habebit.

ADiuro uos filiæ Hieruſalem per capreas,ceruoſq; camporum.& reliq. Sic in utraq; tranſlatione.In hebræo autem ſic·Adiuro uos filiæ hieruſalem in capreis,uel in Ceruabus campi,ſi ſuſcitetis,& excitetis ipſam dilectam.Mire,ac terribiliter repetit hic ſuam adiurationem Sponſus,quã rurſus facit filiabus Hieruſalem,hoc eſt,oĩbus hominibus ,oppidis , & ciuitatibus filioꝝ iſrael,quæ erãt ſub magno Sacerdote ipſius hieruſalẽ Metropolis omnium ciuitatum Iſrael · Quam quidem adiurationem ſicut in figura in uetere Hieruſalẽ,ſic nunc & in facto facit omnibus eccleſiis mundi, quæ ſunt ſub maximo Sacerdote,& Pontifice nouæ Hieruſalẽ urbis Romæ metropolis omnium eccleſiaꝝ mundi dicens:Adiuro uos filiæ hieruſalẽ,in capreis uel in ceruabus campi,hoc eſt,imprecor uobis ſæuiſſimam mortẽ caprearum,& ceruaꝝ campi:quæ cum pateãt omnibus in uenationẽ,& ĩ prædam circumuentæ a uenatoribus,morte acerbiſſima afficiuntur,ſi ſuſcitetis & excitetis,hoc eſt,Si calumniatæ fueritis dilectam meam Sponſam nouam Hieruſalẽ Romanã eccleſiam. Donec ipſa uelit.In hebræo quouſq; cõplacentiam habebit.ſ.in me.Quæ terribilis adiuratio,& imprecatio uenit,(ut diximus)tẽpore ueteris Hieruſalem ſupra decem tribus. Quæ cum per idolatriam uitulorum tempore regis Roboam defeciſſent ab obediẽtia,& unione metropolis eccleſiæ Hieruſalem,datæ ſunt a domino in manus regis aſſyriorum tanq̃ Capreæ,& Ceruæ campi,in prædam,mortem , et captiuitatem ſempiternam.Et conſimiliter eadẽ terribilis adiuratio & tempore nouæ Hieruſalem incidit ſupra græcos:qui dum per nouam adinuentam ſceleratiſſimam eorum hæreſim,collum ab obedientia nouæ Hieruſalem Romanæ eccleſiæ excutere quærunt:tanq̃ capreæ , ceruæq; cãpi ,dati ſunt & ipſi in manus regis Turcarum,in prædam,mortem,& captiuitatem a ſeptuaginta annis citra , & uſq; in præſentem diem.

Vetus tranſlatio.

QVæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertũ,ſicut uirgula fumi ex aromatib⁹ myrrhæ,& thuris,& uniuerſi pulueris pigmentarii?

Noua tranſlatio.

Quæ eſt iſta aſcendens de deſerto,ſicut palmæ fumi,ſuffumigata myrrha,& thure,ex omni puluere aromatarii.

QVæ eſt iſta quæ aſcendit ꝑ deſertum ſicut uirgula fumi ex aromatib⁹ myrrhæ,& thuris,& uniuerſi pulueris pigmẽtarii ? Ita in utraq; trãſlatione fere,In hebræo autẽ ſic.Quæ eſt iſta aſcẽdẽs de deſerto ſicut palmæ fu

Digitized by Google

mi, ſuffumigata myrrha & thure, ex oĩ puluere aromatarii? Quæ eſt iſta aſcẽ dẽs de deſerto, & cætera. Hæc uerba ab ipſa Spõſa in pſona gentiũ de ſe di/cta ſunt. Gentes enim finitimæ, & accolæ deſerti, per quod ambulauit gens Iſraelitica, per quadraginta annos uidentes, ꝙ eandem Iſraeliticam gentẽ, diuinitus præcederet nubes per diem, & Ignis per noctẽ, & ꝙ fumus ignis, qui oriebatur a duobus lateribus Arcæ fœderis aſcenderet in altum, ſtupe/ſcentes ob tantam gloriam per admirationem dicebant. Quæ eſt iſta aſcen/dẽs de deſerto, ſicut uirgula fumi? In hebræo ſicut Themeroth. i. palmæ fu mi, hoc eſt excelſa, & illuſtris ſicut fumus eleuatus in altum, in ſimilitudinẽ, & formam palmarum: Quæ ſunt arbores rectæ, & in altum eleuatæ. Suffu migata Myrrha, & thure. Dixerunt hic ueteres hebræorum Doctores per Myrrham intelligi patrem noſtrum Abraam, cuius odore perfuſa gens Iſra elitica, redolebat myrrham. Quemadmodum enim myrrha princeps, & ca/put eſt omnium aromatum, Sic & Abraã pater noſter princeps, & caput fuit omnium iuſtorum, & amicorum dei. Et ſicut Myrrha efficit amaras manus omnium, qui colligunt, & tractant eam. Sic & pater noſter Abraam amari/cabat ſeipſum in uita ſua, mortificans membra ſua ſuper terram. Item ſi/cut Myrrha nõ dat odorẽ niſi p ignẽ, Sic & pr̃ nr̃ Abraã nõ dedit odorẽ ſuo rum bonorum operum, niſi per ignem, poſteaq̃ proiectus in fornacẽ ignis ardentis in Vr Chaldeorũ illæſus euaſit. Suffumigata myrrha, & thure. thus inquiunt iidẽ doctores, quo ſuffumigata fuit gens Iſraelitica, fuit pater no/ſter Iſaac. Qui oblatus eſt cum pugillo thuris ſupra dorſum altaris. Qui & figura fuit ueri illius ſemper cõmemorãdi ſacrificii Chriſti meſſiæ. Cuius lo co non aries occiſus, aut pugillus thuris cõcrematus fuit, ſicut pro patre no ſtro Iſaac, ſed ipſemet uoluntarie immolatus pro peccatis totius mũdi, odo rẽ dedit ſupra omne Thus, & omnia aromata. Suffumigata myrrha, & thu/re ex omni puluere aromatarii. Ex omni puluere, ſcilicet, aromatum aroma tarii, quæ tenere conſueuit aromatarius. Ex omni puluere aromatarii: hic in quiunt fuit pater noſter Iacob. Vnde Rabbi Tenhuma dixit, Sicut in offi/cina aromatarii comperiuntur omnia genera aromatum, ſic & omnes digni tates, & maximæ, inter mortales, & primæ res in domo Iacob. Ex domo Ia/cob enim ꝓceſſit Sacerdotium, & omnis ordo Leuitarum. Ex domo Iacob ſanctitas, & cognitio rerum diuinarum: ex domo Iacob regnum, & imperi/um. Rabbi autem Azaria inquit. Omnia bona, quæ fecit Iſrael: fecit merito illius pulueris pedum patris noſtri Iacob. De quo Geneſeos capite. 32. ſic ſcriptum eſt: Et ecce uir luctabatur cum eo uſq; mane. Sic in latino, In he/bræo autem ad literam ſic. Et ecce pulueri zabatur uir ſecum uſq; aſcende/re aurorам. Vnde latinus interpres ſenſum, & non proprium uerbum uer tit, dicens, Luctabatur pro puluerizabatur. Qui. n. luctatur puluerem facit pedibus. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, & cetæra. Hæc uerba dicta

Digitized by Google

ſunt(ut propoſuimus)a gentibus accolis deſerti pro excellentia, & maxima gloria gẽtis Iſraeliticæ in deſerto. Quæ uerba uerſa uice dixit poſtea de ipſis gentibus,& ipſa gens Iſraelitica. Videntes enim Iudæi cõuerti(ut inquit Gloſſa) & recipi gentes in fidem Chriſti,non ex inuidia,ſed quaſi admirantes,& de ſocietate fratrum ſimul gaudentes,inquirunt, ſi ſalus ſit ꝓmiſſa gẽtibus,quod multum fuerat dubium.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
EN lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael,omnes tenentes gladios,& ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.	Ecce lectulus Selomonis ſexaginta fortes in circuitu ſibi de fortibus Iſrael. Omnes ipſi appræhẽſi gladio, docti bello. Vir enſis ſuper femur ſuum ex timore in noctibus.

ECce lectul⁹ Selomonis ſexaginta fortes & reliq̃. Poſteaq̃ egit ſcriptura de excellentia,& gloria gentis Iſraeliticæ, quæ egreſſa de ægypto per quadraginta annos morata eſt in deſerto, anteq̃ perueniret ad terram promiſſam patribus,ad quam tendebat,dixitqꝫ finitimas gentes accolas deſerti, per ſtuporem gloriæ eiuſdem gentis dixiſſe, Quæ eſt iſta aſcendens de deſerto & cætera. Nunc pergit ad maiorem laudem,& gloriã eiuſdem populi dei ſcribere. Quonã pacto & tabernaculum ipſius Selomonis ideſt regis æterni,(ut propoſuimus in principio libri) circundatum multis millibus armatorum incedebat intra eandem Iſraeliticam gentem,dicens. En lectulũ Salomonis ſexaginta fortes ambiũt ex fortiſſimis Iſrael. Ita in utraqꝫ tranſlatione. In hebræo autem ſic. Ecce lectus Selomonis ſexaginta fortes in circuitu ſibi de fortibus Iſrael: Ecce lectus Selomonis,hoc eſt, ecce & intra eandem gentem Iſraeliticam lectus,ideſt,tabernaculum Selomonis: in quo tanq̃ in lecto quieſcebat Rex Selomo,rex æternus. Sexaginta fortes in circuitu ſibi numerus determinatus pro indeterminato hoc eſt, Sexagies decẽ millia fortium, Quæ ſunt ſexcenta millia uirorũ fortium. Quæ egreſſa ſunt de ægypto in circuitu ſibi. ſ. ad tabernaculũ. In quo erat arca fœderis: in q̃ habitabat Deus, ad deſignandũ nobis habitatuꝫ fuiſſe deũ in arca uirginali, Vnde humanam carnem pro noſtra ſalute aſſumptus erat. De omnibus fortibus Iſrael. Et erant inquit Sexaginta fortes,hoc eſt, Sexagies decem millia uirorum fortium, Qui circuibãt lectum ideſt,tabernaculum Selomonis de omnibus fortibus Iſrael. Hoc dicit ad excludendum reliquam turbam ut puerorum, & ſenum, Qui inepti erant ad bellum. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: Vniuſcuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos. Ita in græco,& in latino, In hebræo autem ſic. Omnes ipſi appræhenſi enſe, docti bello, uir enſis ſuus ſuper femur ſuũ ex timore in noctibus. Omnes ipſi appræhenſi gladio. Modus loquendi hebraicus, pro eo quod uole/

Digitized by Google

bat dicere,gladii appræhenſi in omnibus ipſis. Latinus autem interpres mo re ſuo non caractere dicēdi hebraicū,ſed ſenſum tm̄ uertit ſic. Oēs tenētes gladiū, Docti bello.i.uiri exercitati in bello ,uir enſis ſuus ſuper femur ſuū ex timore.ſ.inimicorum.in noctibus,quādo maiore cuſtodia opus eſt. Hæc ad literam. Secundum myſticum autē ſenſum exponendum in hunc modū. Ecce lectus Selomonis.i.tabernaculum,quod hodie eccleſiam appellam9, Selomonis,hoc eſt,Chriſti meſſiæ, Sexaginta fortes,numerus determinatus pro indeterminato.hoc eſt,multa millia ſanctorum, De fortibus iſiael, hoc eſt,exceptis aliis minus ſanctis:Omnes ipſi tenentes gladium,hoc eſt,armati ſpiritalibus armis,oratione.ſ.& meditatione ſanctarum ſcripturarum,Docti bello ad bellandum aduerſus principes,& rectores tenebrarum harum, uel docti bello,hoc eſt,Qui ſæpiſſime tentationes, & ſæuiſſima inimicorū bella experti ſunt. Vir enſis ſuus ſuper femur ſuum .hoc eſt, Quiſq; paratus,& accinctus armis ad præliandum,propter timores nocturnos,ſiue,ut in hebræo,ex timore in noctibus,hoc eſt, propter timores principum noctiū. ideſt tenebrarum harum, Qui inſidiantur omni accedenti ad ſeruitutē dei, Iuxta illud, Fili accedens ad ſeruitutem dei, ſta in timore, & præpara animā tuam ad tentationem.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
FErculū fecit ſibi rex Salomō de lignis libani, Colūnas eius fecit argēteas:reclinatoriū aureū,aſcenſum purpureū:media charitate ꝯſtrauit propter filias Hieruſalem.	Thalamum fecit ſibi rex Selomo de arboribus libani. Columnas eius fecit argenti, Stratum eius auri, aſcenſum eius purpuræ, medium eius cōſtratū charitate de filiabus hieruſalē.

FErculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani. Ita in latino, & in græco. In quo habetur, φορεῖον,a ferendo dictum, Quod latinus uertit ferculum. In hebræo autem habetur appirion, quod latine ſignificat thalamum. Et totum in hebræo ſic. Thalamum fecit ſibi rex Selomo de arboribus Libani. Eſt autem Thalamus coniugis utriuſq; cubiculum. Quod fuit tabernaculum illud,quod fecit Moſe i deſerto Selomoni regi æterno. In quo erat Arca fœderis: in qua habitabat (ut diximus) gloria domini,& ex ea loquebatur cum Moſe. Vnde Rabbi Iuda ad declarationem prædictorū recitat parabolam quandam cuiuſdam regis,dicens,fuiſſe quendam regē,qui cū paruulam haberet filiam,permittebat eam,anteq̄ adoleſceret,ſtare in plateis,& publicis locis,loquebaturq; ad eam palam ubicunq;,& in omni loco. Poſtea uero q̄ adoleuit filia,uenitq; ad annos integros,dixit Rex, Non eſt honor filiæ meæ in hac ætate ut loquar,& conueniam cum ea in publico loco. Propterea inquit Rex facite filiæ meæ papilionem ſiue tentorium,ut loquar ,& conueniam cum ea in medio papilionis. Hæc eſt parabola: Quā poſtea idē Rabbi ediſſerens dicebat, Regem iſtum,q habebat filiā,fuiſſe regē æternū,

Digitized by Google

qui habebat gentem Iſraeliticam filiam,apud quam in principio cũ adhuc
paruula eſſet,apparebat palam,teſte Scriptura in cantico Moſæ,quãdo pu
eri iſrael in mari uidentes regem Selomonem,oſtendebant eum digitis co/
rum,dicentes.Iſte deus meus:glorificabo eum : & in monte Sinai uiderunt
ipſum facie ad faciem.Vnde ſcriptura Exo.19.ait In die.n. tertio deſcendet
Dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai. Cæterũ poſteaq̃ recepit
iſrael Legem Dei,dicens,omnia quæ locutus eſt Dñs,audiemus,& faciemus
Exinde quia parua puella facta eſt adulta,& perfecta. Dixit rex: Non eſt ho
nor filiæ meæ,ut loquar,& conueniam cum ea palam : Propterea faciant mi
hi tabernaculum,ut cum neceſſe fuerit loqui cum populo meo, loquar in
medio tabernaculi.Et de hoc tabernaculo intelligit ſcriptura nunc dicens.
Thalamũ fecit ſibi rex Selomo,&cætera.Pro quo uterq; Interpres ſatis ipro
prie uertit,Ferculum fecit ſibi rex Selomo.Et uoluit deus loqui cum Iſra/
el in tabernaculo intus ab arca,ad deſignandum,q̧ ingreſſurus erat in uir/
ginalẽ arcam:& ex ea humanam carnem aſſumpturus. Ex qua poſtea tanq̃
ex arca tabernaculi locuturus erat cũ populo ſuo. Columnas eius fecit ar/
genteas:reclinatorium aureum,aſcenſum purpureum: media charitate cõ/
ſtrauit propter filias Hieruſalem.Sic in græco,& in latino ferme. In hebræo
autem ſic.Columnas eius fecit argenti,ſtratum eius auri,aſcenſum eius pur
puræ:intrinſecam eius partem conſtratã charitate de filiabus Hieruſalẽ. Co
lumnas eius fecit argenti,iuxta illud exodi capite.27.ubi ſic habetur. Colũ/
næ uiginti,& baſes æneæ eiuſdem numeri,& capita eaꝝ cum celaturis ſuis
argentea: Reclinatorium aureum:in hebræo,ſtratum eius auri: Et intelligit
per hoc,operculum arcæ fœderis,quod hebraice dicitur capporeth, Latine
propiciatorium:qd erat de auro mundiſſimo. Et ſuper ipſum duo Cheru/
bin,unus hinc,& alter hinc,qui alis ſuis amplectebãtur ipſum. Et ex hoc lo
co,ex medio ipſorum Cherubim loquebatur Dñs ad Moſe, Sicut legitur
exodi capite.25.Hoc eſt ergo quod dicit hic,ſtratum eius ex auro,aſcenſum
eius purpuræ,Aſcenſum eius.ſ.tabernaculi purpuræ,Iuxta illud Exodi ca/
pite.26. Tabernaculum uero ita facies,decem Cortinas de byſſo retorta, &
hyancintho,ac purpura,coccoq; bis tincto.Media charitate conſtrauit pro
pter filias Hieruſalem, Ita in Latino.In græco autem ſic:ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον
ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων ἱερουσαλὴμ hoc eſt, Intra ipſum lapidibusſtratam charita/
tem a filiabus Hieruſalem, In hebræo autem ſic, tocho razuph ahaba,hoc
eſt intrinſecam partem eius ſcilicet Thalami conſtratam Charitate a filia/
bus Hieruſalem. Vel ſic,intrinſecam eius partem accenſam charitate a filia/
bus Hieruſalem. Verbum enim razuph utroq; modo poteſt exponi, teſte
Rabbi Dauid in libro de radicibus uerborum. Et intrinſecam partem eius
thalami ſcilicet,conſtratam uel accenſam charitate de filiabus Hieruſalem,
hoc eſt,id quod erat interius pauimentum, erat conſtratũ nõ lapidibus pre/

Digitized by Google

cioſis,aut margaritis,ſed(quod magis placebat)erat conſtratum ſiue accen/ſum charitate,& amore ex filiabus Hieruſalem.Ex quibus apertiſſime liquet Regem Selomonem deum æternum,uoluiſſe habere thalamum, ſeu papi/lionem intra patres noſtros hebræos,conſtratum,& pauimentatum charita/te,& dilectione ex filiabus Hierſualem:ad ſignificandum (ut inquit Rabbi Selomo)ꝙ filiæ Hieruſalem homines & ciuitates decem tribuum deberent diligere,& ſeruare unitatem cum matre ſua Hieruſalem. Et hoc erat cubicu lum,& thalamus,in quo requieſcebat Rex Selomo: unitas uidelicet, pax, charitas,amor,& amicitia,Quæ erat inter matrem,& filias, inter Hieruſalē Metropolim,& matrem,& cæteras ciuitates populi Iſraelitici, obedientes ipſi Hieruſalem,ut matri filiæ. Vnde quouſq; filiæ Hieruſalem ſeruauerunt hanc charitatem,& dilectionem erga matrem gratiſſimæ,dilectiſſimæq; fue runt Selomoni regi ſempiterno.Poſtea uero q̄ hanc dilectionem conuerte runt in odium,deficienteſq; a matre per idolatriam,diſſipauerunt pauimen tum cubiculi.Iratus rex Selomo deus ſempiternus,conſeruata matre Hieru ſalem,tradidit filias in manus regis Aſſyriorum tanq̄ capreas,ceruaſq; cam/pi in prædam,occiſionem,& captiuitatem ſempiternā. Et conſimiliter in no ua Hieruſalem:quouſq; græci obedientes fuerunt catholicæ Romanæ ec/cleſiæ,& orthodoxi nihil mali accidit eis. Sed poſtquā per eoꝝ hæreſim a ſua matre noua Hieruſalem Romana eccleſia defecerunt,mox dati ſunt (ut di/ximus)& ipſi in manus Turcarum,tanq̄ capreæ,& ceruæ cāpi in occiſionē, prædam,& captiuitatem uſq; in præſentem diem:tantopere ſemper diſplicu it regi Selomoni Chriſto proteruitas,inobedientia,diſſidium,atq; diſcordia in eccleſia ſua,& ſeparatio membrorum a capite utraq;.ſ. Hieruſalē.Et nūc ꝓ nephas, & pleriq; germanorum ignorantes ſcripturas,non timent ſe ſepa rare a matre ſua Hieruſalem,& relinquere Petrum principem apoſtolorum, & totius catholicæ eccleſiæ,& ſucceſſores eius Romanos pontifices, & ad/hærere recentiſſimis lutheranis hæreticis. Sed hæc hactenus.Pergamus nūc ad reliqua.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
EGredimini,filiæ Sion & uide te regem Salomonē cum dia/demate,quo coronauit illum ma/ter ſua in die deſponſationis illius. In die lætitiæ cordis eius.	Egredimini,& uidete filiæ Sion in re/ge Selomone, in corona qua corona uit ipſum mater ſua, indie deſponſa/tionis ſuæ,& in die lætitiæ cordis ſui.

EGredimini,& uidete filiæ Sion in rege Selomone in corona,qua coro/nauit ipm mater ſua.Ita in oībus tribus linguis ferme.Poſteaq̄ ſcriptu ra expreſſit maximum Selomonis regis æterni in puellam ſponſam, & ſoro rem ſuam amorem,& multa bona,quæ ei præſtitit, nunc pergit in perſona ſponſæ exprimere quomodo rex Selomo Chriſtus humanā carnem ex uit/

Digitized by Google

ginali utero erat aſſumpturus. V nde ſponſa Chriſtum Meſſiam filium Dei unigenitum tunc futurum hominem quaſi præ oculis habens, inuitat filias ſuas ad uidendum ipſum, Quia ſpecioſus forma præ filiis hominum dicens. Egredimini, & uidete filiæ Sion in rege Selomone in corona: qua coronauit ipſum mater ſua, in die deſponſationis ſuæ: in die leticiæ cordis ſui. Senſus hic eſt, Egredimini filiæ ſion ſcilicet de ciuitatibus ueſtris: & uenite, & uidete regem Selomonem chriſtũ in corona, qua coronauit ipſum mater ſua, hoc eſt in qua pulcherrima, innocentiſſimaq́; humanitate honeſtauit & ornauit eum mater ſua. Quæ ex quo uirgo eſt, non deturpauit eum (ſicut aliæ matres) labe originalis peccati: unde quam elegantiſſime puriſſimam Chriſti carnem, qua donatus eſt a ſola matre ſua ſemper uirgine beatiſſima Maria, appellat ſcriptura hic coronã: quoniã ex ea candidiſſima tanq̃ precioſiſſima, fulgẽtiſſimaq́; corona eſt coronatus, & homo factus. Et poſtea deſignãs huius altiſſimi feliciſſimiq́; myſterii tempus: ſubiungit dicens. In die deſponſationis ſuæ ſcilicet matris eiuſdem Selomonis Chriſti Meſſiæ cum ſummo deo patre per angelicam annũciationem factæ, In die leticiæ cordis ſui, hoc eſt, in die eiuſdem ſuæ deſponſationis, in quo lætícia magna fuit cordi ſuo. Hic eſt uerus, & catholicus ſenſus prædictorum uerborum. Nunc operepretium eſt in tanta re (ut catholica ueritas magis eluceſcat) ſubnectere & expoſitionem doctorum hebræorum. Qui in eorum cõmentariis, per coronam, qua coronatus eſt Selomo rex æternus, dicũt intelligi Tabernaculum, quod accepta lege in monte Sinai fecerunt patres hebræi in deſerto eidem Selomoni regi æterno, in coronã, & in ſignum Regni, quod ipſi ei tradiderunt, acceptantes legem eius, & accipientes eum in Regem ſuum. Quæ expoſitio ualde arridet eis. Cæterum illud nimirum admirabile torquet eoſdẽ doctores hebræos: Quare ſcriptura expreſſiſſime ſignatiſſimeq́; hic dat matrẽ Selomoni regi dicens. In corona, qua coronauit ipſum mater ſua. Quæ res efficit ipſos doctores hebræorum ſtupidos, & pene inſanos. V nde etſi mos eorum eſt, ſemper alias exponere ſacram ſcripturam iuxta literalem ſenſum Coguntur tamen hic relicto uero literali ſenſu, conuerti ad fabulam quandam, per quam ſe ipſos decipientes tam apertum, clarumq́; de diuini uerbi incarnatione myſterium quam infantiſſime exponunt: Quam quidem fabulam, ſiue (ut ipſi dicunt) parabolam recitat Rabbi Selomo in ſuis Comentariis dicens. Rabbi Simeonem interrogaſſe Rabbi Eleazarum de hac re, & dixiſſe: Quomodo poſſibile, te non audiſſe a patre tuo: quomodo intelligendum illud in corona, qua coronauit ipſum mater ſua? Ad quod reſpondens Rabbi Eleazarus, Annuens ſe audiſſe, Incepit pro intelligentia horum uerborum recitare parabolam cuiuſdam regis, cui erat unica filia: quam rex diligebat maxime: Et ſi filia non pariter redamaret patrem: qđ cum regẽ ipſum non lateret, Cœpit ad conciliandum ſibi animum filiæ ipſe Rex in omni ſuo

Digitized by Google

ſermone uocare eam filiam,dicẽs illud,Audi filia,& uide :& cum neq; ſic rex aliquid proficeret,alia aggreſſus uia, cœpit uocare ipſam ſororem dicens illud·Aperi mihi ſoror mea,& reliq̃.Et cũ etiam ſic obaudiret ipſum filia,cœpit rurſus rex uocare eam matrem Iuxta illud iſaiæ capite .50. Audite me populus meus,& mater mea:ad me auribus percipite. Tunc ſurrexit Rabbi Simeon,& oſculatus eſt ipſum in capite·Hæc eſt parabola ,quæ omnibus hebræis eſt in ore pro intelligentia dictorum uerborum. Quæ inepta eſt,& falſa,& iniqua· Nam etſi uerum eſt,(ut ipſe dicit)congregationẽ iſraeliticam in Scriptura uocari a deo filiam,& ſororem & etiam Sponſam quod ipſe malitioſe prætermiſit,nunq̃ tamen uocat matrem ut dictus doctor ſuo mendacio confinxit,In Iſaia enim,quem allegat,nihil tale legitur , ſed in eo uerba quæ idem doctor citat habentur ſicut in latina tranſlatione.Sic:Attẽdite ad me populus meus & tribus mea audite ſiue auribus percipite . Et ſic legunt paſſim omnes hebræi:præterq̃ prædictus doctor: qui per quam peruerſe & ridicule diſtorquet hebraicam Iſaiæ'dictionẽ ulummi. i.& tribus ſiue natio mea ad aliam conſimilem dictionẽ:dicens non legas ulummi.i.& natio mea ſiue populus meus. Sed ulimmi ideſt & mater mea. Et ſic p quã argute & callide aſtruit deum ipſum uocare per blandimentum congregationem Iſraeliticam:& matrem:quod nuſq̃ reperitur in ſacra Scriptura . Quæ etſi dat eidem Selomoni regi æterno matrem hic ex gente iſraelitica : & conſimiliter Iſaiæ capite·7·cum dicit.Ecce uirgo concipiet & pariet filium & uocabitur nomen eius Emanuel.i.nobiſcum Deus: nunq̃ tamen introducit ipſum Regem æternum Selomonem appellare gentem iſraeliticam matrem,ſicut appelat eam filiam ſororem & ſpõſam ſæpiſſime:quod ſerio ac ſtudioſe(ſicut & alia oĩa)dicit & nõ p blãdimẽtũ ut ipſe falſo aſſerit. Quare cũ nõ poſſint tergiuerſari hebræi in ſcriptura iſta: Quæ dicit hic,Egredimini filiæ ſiõ & uidete in rege Selomone in corona q̃coronauit ipſum mater ſua neceſſe eſt eos fateri ſicut nos Xp̃iani fatemur:& credimus regẽ æternũ Selomonẽ induiſſe ſibi humanã carnẽ:quã accepit a ſola matre ſemper uirgine Maria :& ea tanq̃ fulgẽtiſſima corona coronatũ.Quã quidẽ pulcherrimã dilectãq; coronã nõ dubitauit poſtea in acerbiſſimã paſſionẽ & mortẽ exponere,eamq; in ſuauiſſimum pro peccatis totius mundi ſacrificium tradere ,ſicut ipſe met dicturus eſt in ſequentibus.

CAPITVLVM QVARTVM

Vetus tranſlatio.

QVam pulchra es amica mea ,q̃ pulchra es,oculi tui columbarum,abſq; eo quod intrinſecus latet, capilli tui ſicut greges capraꝝ,Quæ aſcenderunt de monte Galaad.Den

Noua tranſlatio.

Ecce tu pulchra ſocia mea , ecce tu pulchra. Oculi tui columbarum intra crinem tuum :capillus tuus ſicut gregis caprarum,quæ pexæ ſunt de monte Gilhad.Dentes tui ſicut gre

tes

Digitized by Google

tes tui ſicut greges tonſarum,quæ aſcẽderunt de lauacro.Oẽs gemellis fœtibus,& ſterilis non eſt inter eas,

gis æqualiter inciſarum, quæ aſcẽderunt de lauacro:Quæ oẽs ipſæ pariẽtes gemellos, & orbata nõ in eis.

QVam pulchra es amica mea, q̃ pulchra es: oculi tui colũbarum abſq; eo qd intrinſecus latet.Ita in latino,& in græco,niſi qd ꝓ abſq; eo qd intriſec⁹ latet,ĩ græco extat ſic ἐκτὸς τῆς σιωπήσεως.i.extra ſilẽtiũ.In hebræo aũt ſic Ecce tu pulchra ſocia mea,ecce tu pulchra,oculi tui Columbarum intra crinẽ tuũ.Ecce tu pulchra,Rurſus ſpõſus hic ꝓrumpit in laudes ſociæ ſuæ dicẽs eã pulcbrã & pulchrã,& ad maiorẽ exaggerationẽ pulchritudinis adiungit dicẽs,Oculi tui colũbarum. Quæ uerba hebræorum doctores ſic interp̃tant. Ecce tu pulchra in cuſtodiẽdis meis mãdatis. Ecce tu pulchra in opibus miſericordiæ faciẽdis.Ecce tu pulchra in mãdatis affirmatiuis,Ecce tu pulchra in negatiuis,Ecce tu pulchra in mũdo iſto,ecce tu pulchra in altero.Oculi tui colũbarum,hoc eſt,Color,facies,& figura tua pulchra, & ſimilis colũbæ. Quæ fideliſſima uiro ſuo,nunq̃ fornicat cum alieno. Itẽ ſimillima es columbæ, q̃ cum iugulat,nõ retrahit collũ,ſed ultro extẽdit ac porrigit illud. Sic & tu ultro porrexiſti,paraſtiq; humerũ tuũ ad ſuſcipiẽdũ onus meũ,& mãdata mea. Oculi tui columbarum abſq; eo qd intrinſecus latet,Sic in latino. In græco ut diximus:extra ſilentiũ.In hebræo aũt ſic, Mibbahad lezammatech, hoc eſt, de intra crinẽ tuũ. Et hec dicit ad denotãdũ,q crines eius deſup addebãt ipſis oculis decorẽ,& pulchritudinẽ. Zamma.n.crinẽ ſiue comã ſignificat, etſi Rabbi Iona teſte rabbi Dauid in libro de Radicibus,expoſuerit maſueh. i. uelũ. Et tũc ſenſus ẽ, oculi tui colũbarum intra uelũ tuũ,quo ſubtiliſſimo uelo faciẽs eiuſdẽ ſpõſæ ob nimiã eius honeſtatẽ coopta ſemp erat. Et oculi eius ꝯſpiciebant intra uelum. Capilli tui ſicut gregis caprarum,quæ aſcẽderunt de monte Galaad,ſic in latino,& in græco fere. In hebræo aũt ſic. Capillus tu⁹ ſicut gregis caprarum,quæ pexæ ſunt de mõte Gilhad. Poſteaq̃ laudauit ſponſus ſpõſam ſuam ſupra generaliter,dicens eam pulchrã,& pulchrã:nunc ꝑgit laudare ipſam p ptes,& primum de capillis dicẽs. Capillus tuus ſicut gregis caprarum,quæ aſcenderunt,in latino. In græco q̃ reuelant. In hebræo ãt quæ pexæ ſunt de monte gilhad. Cõſueuerunt.n. capreæ,quæ deſcendunt de montibus,p nimium ꝯtactum,colliſionẽq; ſyluarum pilari, atq; pecti, & ſic capillos earum reddi nitidiſſimos, pulcherrimoſq;. Et hoc eſt quod dicit,Capillus tuus ſicut gregis caprarum,quæ pexæ ſunt de monte gilhad, Et allegorice per pulchrum capillum ſponſæ intelligit ſingulos de populo dei. Qui omnes diliguntur a dño. Sicut dilectus fuit Iacob,& filii eius,quorum capilli perſequente eos Laban in dicto monte gilhad pexi fuerunt ,& facti ſunt nitidiſſimi, atq; pulcherrimi, ſicut capilli caprarum, quando pectuntur in montibus. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus,Et ſterilis non eſt inter eas. Sic in utraq; tranſla-

Digitized by Google

tione. In hebræo aũt ſic· Dentes tui ſicut gregis æq̃liter inciſaꝝ, q̃ aſcẽderũt de Lauacro, quæ oẽs ipſæ pariẽtes gemellos, & orbata nõ in eis. Dentes tui ſicut gregis æqualiter inciſaꝝ. Hic uterq; interpres hallucinatus eſt, uertens inciſaꝝ tonſaꝝ, Nõ.n. intelligit author cantici de tõſis ouibus hic, ſed de forma, & ſtatura eaꝝ, Quæ adeo erat ꝯſimilis, & æqualis, ut uiderent̃ propemodũ inciſæ, & q̃ſi manu artificis ſub eadẽ menſura fabrefactæ· Quæ electæ a cæteris ob lanã, q̃ ad miniſteriũ circuncisionis mundiſſima opus erat, alicui paſtoꝝ prudentiſſimo ad cuſtodiendũ tradebant̃· Qui in primis curaret, ut quottidie lauarent̃. Qua ꝓpter ad eaꝝ candorem, & moderatã formæ æqualitatẽ cõparant̃ nunc dẽtes ſpõſæ. Oẽs gemellis fœtibus, et cæ. & hoc ad eaꝝ æqualitatẽ oſtendendã maxime ptinet. Quia natæ gemellæ gemellos maxime parturiũt. Et ſterilis nõ eſt inter eas, ſiue ut in hebræo: Et orbata non in eis. Et ſenſus eſt, non eſſe in eis aliquã diminutã cum aliquo defectu, aut macula. Et allegorice p dentes ſponſæ, intelligit ſcriptura uim, ac fortitudinem eccl̃iæ· Quæ dẽtes hẽt acutiſſimos, fortiſſimoſq; ad deuorãdos ſuos inimicos

Vetus tranſlatio·	Noua tranſlatio·
VItta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ abſq; eo quod intrinſecus latet.	Sicut filum coccineum labia tua, & eloquium tuum decorũ. Sicut fruſtum mali granati tempus tuum, intra crinem tuum·

VItta coccinea labia tua, & eloquium tuũ dulce, Ita in latino, in græco aũt ſic: ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία· Ideſt, ſicut funiculus coccineus labia tua, & eloquiũ tuũ decorũ. In hebræo aũt ſic: Sicut filũ coccineũ labia tua, & eloquiũ tuũ decoꝝ. Sicut filũ coccineum labia tua. Pergit ſpõſus laudare ſpõſã & ex rubicũdis, & pulchris ſuis labiis dicẽs, ſicut filũ coccineũ labia tua, Quaſi diceret, Tunc cum liberata p me de manu Pharaonis, grata de beneficio accepto, ceciniſti mihi Canticum illud, quod incipit. Cãtemus dño glorioſe & reliq̃. Labia tua uiſa ſunt mihi pulcherrima, & ſicut filũ coccineũ, & eloquiũ tuũ decorũ, cũ digitis. ſ. oſtendens me dicebas, in eodem cantico, Iſte deus meus, & gl̃ificabo eũ. E ſic ẽt & Catholicæ eccl̃iæ labia diuinas laudes canẽtia apud xp̃m pulcherrima, & ꝯſimiliter & eloq̃ũ ei⁹ de ſacris ſcripturis decoꝝ. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſq; eo quod intrinſecus latet. Ita in ũtraq; tranſlatione: Etſi poſtrema uerba in græco habeant̃ ſic· ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. ideſt, extra ſilentiũ. In hebræo autẽ ſic. Sicut fruſtũ mali granati tẽpus tuũ intra crinẽ tuũ. Sicut fruſtũ mali granati, Quod a parte exteriori eſt rubrũ. Sic tẽpus tuũ intra crinẽ tuũ, uel (ut diximus) ſm̃ Rabbi Iona, intra uelũ tuũ, hæc oĩa dicta ſunt p trãſlationẽ a ſpõſis, q ſic ab huiuſmõi ptibus ſolẽt laudare ſuas dilectas ſpõſas· Oĩa tñ allegorice ſunt dicta. Nã p tẽpus ſpõſæ, quod hebraice dicit̃ raccha hoc eſt, uacuũ ſ. carne. Eſt.n. tẽpus oſſeũ totũ, & uacuũ carne. Q̃d aſſimilat malo granato

itelligit allegorice, ꝙ ẽt uacui, & inanes q ſunt in ecclia pleni eẽ debẽt mul tis meritis apud deú, & hoíes, ſicut mala granata q̃ multis ſunt plena granis.

Vetus tranſlatio.

SIcut turris Dauid collum tuũ, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium, Duo ubera tua ſicut duo hinuli capreæ gemelli, Qui paſcuntur in liliis.

Noua tranſlatio.

Sicut turris Dauid collum tuum, ædificata ad eminentias: Mille clypei ſuſpenſi ſuper ipſam: omnes pharetræ fortium: Duo ubera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ, qui paſcunt in uiolis.

SIcut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. ſic in latino. In græco auté ſic. ὡς πύργος δαυὶδ τράχηλός σου, ὁ ᾠκοδομημένος εἰς θαλπιώθ. Hoc eſt, ſicut turris Dauid collũ tuum, Quæ ædificata eſt ad thalphioth. Græcus. n. pro eo quod latinus uertit cum propugnaculis ſeruauit dictionem hebraicam thalphioth, quam hebræi exponunt eminentias, Quas uulgo appellamus mergulos. Qui fiunt ad pulchritudinem in ipſa turrium ſummitate. Et eſt quidẽ dictio thalphioth compoſita (ut inquiunt grãmatici) a dictiõe thel. i. cumulus. Et phioth ideſt, ora. Vnde dicta eſt turris Dauid ædificata lethalphioth. Ex quo erat alta & ora, ora, in ſũmitate eius, hoc eſt, eminentiæ, eminentiæ diuiſæ inter ſe per ora, Quas ad pulchritudinem ſuæ turris, quã in monte ſion ædificauit Dauid adiecit. Alii uero interpretes dixerunt dictionẽ thalphioth eſſe ſimplicem, & deduci ab Aleph. i. doctrina, uerſo aleph in thau. Et ſic exponũt, Sicut turris dauid collum tuum, ædificata Lethalphioth, hoc eſt, ad doctrinas, ſiue documenta: eo ꝙ p eã turrim docebãt uiatores quorſũ ituri eſſẽt. Quæ expoſitio mihi plurimũ placet, ex his, quæ dicemus inferius. Sicut turris Dauid collum tuũ. Comparat collum ſponſæ ad turrim Dauid, per quam decenter & proprie, tum in literali, tum in allegorico ſenſu: in literali, Quia proceritas cum rectitudine multũ præſtat ad pulchritudinem & uenuſtatẽ mulieris: In allegorico, Quia ſicut turris Dauid, quæ in monte Sion erat locus ualde munitus, & fortis, ſic & collum ſponſæ eſt ualde munitum, & forte, ad ſuſtinenda omnia onera, & omnes perſecutiones. Item collum ſponſæ eſt magni roboris, ſicut & turris Dauid, ad denotandũ ſponſum xpm q influit in ipſum oía bona, eſſe fortiſſimũ Quæ ædificata lethalphioth ſm primã expoſitionẽ: hoc eſt, quæ turris Dauid ædificata eſt in cumulũ. i. in altũ, & ad eminentias quæ ſuperadditæ ſunt ei, ad decorẽ, & pulchritudinem eius, ad hoc, ut omnes intenderẽt oculos in eam: ad contemplandum eius pulchritudinẽ. Secundũ alteram uero expoſitionem quæ eſt ædificata lethalphioth, ideſt, ad doctrinas: datur intelligi, ꝙ ex hac turri exitura erat lex in mundum, ſicut dixit Iſaias capite ſecundo. Quia de ſion exibit lex, & uerbum domini de Hieruſalem. Mille clypei pẽdent ex ea, oís armatura fortiũ: Sic in utraqꝫ tranſlatione, niſi qa in græco ꝓ

Digitized by Google

omnis armatura extat: πάντα βολίδες Ideſt,omnia iacula. In hebræo autem ſic, Mille clypei ſuſpenſi ſuper ipſam, omnes pharetræ fortiũ. Mille clypei,cõparat nunc monilia pendentia ex collo ſponſæ clypeis, & pharetris pendentibus ex turri Dauid. Conſueuerunt enim principes ad pulchritudinem,& munitionem ſuarum turrium, & arcium ſuſpendere in eis clypeos ,& pharetras,& alia arma quæ pendent ex ipſis turribus , ſicut pendẽt monilia ex collo ſponſarum. Et recte locus,unde exit lex in mundum munitus eſt clypeis & pharetris. Quia clypeus eſt lex domini omnibus cuſtodientibus eã. Iuxta illud. Scuto circundabit te ueritas eius,non timebis a timore nocturno. Et pharetris,in quibus reponuntur ſagittæ. Pharetræ.n.pendentes non conſueuerunt eſſe ſine ſagittis,ac proinde græcus interpres pro pharetris uertit iacula. Per quæ quidem pharetrarũ iacula,ſiue ſagittas intelligunt apoſtoli. Iuxta illud,ſicut Sagittæ in manu potentis,ita filii excuſſorum. Ex ſion n.exiuit lex in mundum,non niſi per ſagittas,ideſt Apoſtolos : Qui accepto Spiritu ſancto in monte ſion,tanq̃ ſagittæ emiſſi ſunt in diuerſas partes mũdi,prædicantes euangelium regni cœlorum. Item recte Dauidica turris mõtis ſion :unde exiuit lex in orbem terrarum ,deſcribitur hic fortis & munita clypeis & pharetris: ad denotandum figurandumq; q̧ a ciuitate munita hieruſalem totius populi iſraelitici Metropoli & principe: deſolata per Titum & Veſpeſianum ob ſceleratiſſimum occiſionis Chriſti meſſiæ peccatum,poteſtas,ſanctitas,& primatus eius non niſi ad conſimilẽ tranſferenda erãt urbem Romam munitiſſimam : & omnium gentium metropolim & reginam unde & ipſe Dauid per ſpiritum ſanctum pſ.34, dicebat Confitebor tibi in eccleſia magna,in populo graui laudabo te. In populo graui In hebræo ſic Beham azzum.i.in populo forti Romano grece ,ideſt forti latine. Et rurſus pſalmo trigeſimo gratias agens de ſua exaltatione in ciuitate munita Roma,dixit. Benedictus dominus:quoniam mirificauit miſericordiam ſuã mihi in ciuitate munita. Duo ubera tua ſicut duo hinnuli Capreæ gemelli qui paſcuntur in liliis. Ita in omnibus tribus linguis,niſi quia in hebræo pro liliis eſt uiolis albis. Duo ubera tua quæ lactant ſcilicet filios tuos, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli: qui paſcuntur in uiolis . Et per duo ubera æqualia ſicut duo hinnuli ſecundum doctores hebræorum denotantur Duæ tabulæ legis quæ datæ ſunt Moiſi in monte Sinai. quæ ſigna fuerunt & figura duorum teſtamentorum,ueteris,ſcilicet & noui. Et recte comparat duas tabulas legis duobus uberibus: Quia ex eis,ideſt,ex utroq; ueteri & nouo teſtamento emanat lac quo homines nutriuntur in uitam æternam . Et aſſimilat ea ubera ideſt duas Tabulas legis , duobus hinnulis gemellis capreæ æqualibus: Ex quo (ut iidem aſſerunt doctores hebræorum) Duæ tabulæ legis:q̃ figura ſunt duorum teſtamentorum ueteris ſcilicet & noui : non ſolum erãt eiuſdem proportionis & menſuræ,& ex eadem lapidea materia, Verum etiã

Digitized by Google

erant æquales,& in continentia mandatorum. Singulæ enim earum quinq; æquipollentia inter ſe continebant mandata. Altera enim tabula continebat illud maximum & primum legis mandatum. Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo. Et reliqua. Et altera illud huic æquipollens. Non occides. Homicida enim (ut dicunt iidem doctores) quaſi fundit ſanguinem Creatoris. In altera erat ſecundum mandatum. Non erunt tibi dii alieni. Et altera aliud æquipollens huic. Non fornicaberis. Quia qui fornicatur ſimilis eſt mulieri adulteræ, quæ relinquens uirum ſuum adhæret alieno. In altera erat tertium mandatum: Non aſſumes dominum deum tuum in uanum: Et in altera æquipollẽs huic. Non furaberis. Quia qui furatur, finis eius eſt, ut iuret nomen dei in uanum. In altera erat quartum mandatum: Memento diei Sabbati: & in altera ſimile huic. Non falſum teſtimonium dices. Quia q̃ prophanat Sabbatum, teſtificatur falſum teſtimonium in Creatorem ſuum dicens. Nõ ceſſaſſe, & quieuiſſe deum in creatione mundi in die Sabbati. In altera erat Quintum diuinum uerbum. Honora patrem tuum, & matrẽ tuã, ut ſis longæuus ſuper terram. Et in altera ſimile huic. Non deſiderabis rem ꝓximi tui. Quia qui deſiderat rem alienam, finis eius, ut generet filiũ, qui ſpernat eum, & honoret illum, qui non eſt ſuus pater. Qui paſcit in Violis, qui hinnuli capreæ paſcunt in uiolis, & hoc propter odorem earum, quem perſequuntur. Et ſic allegorice, quæ duæ tabulæ. i. duo teſtamenta paſcũt oues in uiolis ꝓpter bonũ earũ odorẽ: & dirigũt eos p uias rectas in uitã æternã.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
DOnec aſpiret dies & inclinẽtur umbræ, uadã ad mõtem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.	Vſq; quo ſpiret dies & fugiãt umbræ, ibo mihi ad mõtem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra ſocia mea & macula non eſt in te.

DOnec aſpiret dies & inclinentur umbræ uadam ad mõtem myrrhæ & ad collem thuris, ita in omnibus tribus linguis, niſi quod in hebræo ꝓ & inclinentur umbræ extat, & fugiant umbræ, & pro uadam extat ibo mihi. Donec ſpiret dies & fugiant umbræ: hæc uerba dicebat ſupra Sponſa. Cum ſumpta etiam Metaphora de hinnulo ceruorum dicebat. Auertendo aſſimilaui te Dilecte mi capreæ uel hinnulo ceruorum ad montes Bather. Ad quæ hactenus non reſpondit Sponſus Chriſtus, nunc uero facta rurſus mentione de Hinnulis gemellis capreæ: opportune replicans uerba Sponſæ Chriſtus dominus reſpondens ait: Tu dicebas ſuperius inquit uſq; quo ſpiret dies & fugiant umbræ me fore tuum dilectum: & exinde me a te non amplius dilectũ: ſed feſtinãter more capreæ hinnuliq; ceruorum iturum procul a te ad montes Bather: ideſt inciſionis & ſeparationis: hoc eſt ad montes æternos: te ſponſa ob peccatum idolatriæ abiecta & in Babylonicam captiuita-

Digitized by Google

tem data & tradita. Ad quæ reſpondeo uerum eſſe: quod tu dicis: Veruntamen ſcito ꝙ poſtea inde a montibus æternis rurſus ibo mihi ad montẽ myrrhæ: & ad collem thuris, hoc eſt in templum quod in Hieruſalem ædificatũ ẽ in monte Moriah: per myrrham enim alluſit ad nomẽ proprium ipſius mõtis moriah, & per collem thuris, per alia uerba intelligit eundem montẽ, Idẽ enim mons moriah. in quo ædificatum eſt templum domini propter continua ſacrificia: quæ ibi fiebãt dicitur etiam collis Thuris. Et ſignate dixit ibo mihi hoc eſt meo beneplacito: Et per mentionem factam de caprea & hinnulo ceruorum datur intelligi: ꝙ non longo poſt tempore, ſed mox Chriſtus dominus erat uenturus in templum ſuum quod in Hieruſalem: ſicut & Malachias propheta capite. 3. dixit ſic. Et ſtatim ueniet ad templum ſuum Dominator dominus. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Ita in omnibus tribus linguis, niſi quia in hebræo pro amica mea eſt ſocia mea. Et ſenſus eſt. Et tunc cum uenero ad mõtem Moriah in Hieruſalem redempta per me eris tota pulchra, & macula nulla erit in te: hoc maxime pertinet ad nouam Hieruſalem catholicam eccleſiam congregatam ex hebræis, & gẽtibus.

Vetus tranſlatio:

VEni de libano ſponſa mea, ueni de Libano ueni, coronaberis de capite Amana de uertice Sanir & hermon: de cubilibus Leonum: de montibus pardorum.

Noua tranſlatio.

Mecum de Libano ſponſa mecum de Libano uenies: reſpicies a capite fidei: a capite Senir & hermon de habitaculis Leonũ, de mõtibus pardorum.

VEni de libano ſponſa mea ueni, de libano ueni. Ita in utraq; tranſlatione: In hebræo autem ſic, Mecum de libano ſponſa, mecum de Libano uenies. Pergit nunc ſponſus cum bonis quæ nunciauit uentura ſponſæ admiſcere etiam mala, babylonicã uidelicet captiuitatem. Quod tamẽ ne ægritudine aliqua, canticum quod læticiæ eſt, contaminet, nõ expreſſe, ſed clanculum, & per inſinuationem facit, temperatq; rem feliciſſimo ſuo comitatu, quem ei pollicetur dicens. Mecum de libano ſponſa mecum de libano uenies. Senſus eſt, cum opus erit propter tua peccata te migrare de libano, hoc eſt, de terra Iſrael: in qua eſt mons Libanus: & migrare in Babyloniam poſt regem Nabuchodonoſor, uenies mecũ: Hoc eſt, ego proficiſcar tecũ, & non te derelinquam, toto tempore tranſmigrationis, & captiuitatis: Coronaberis de capite Amana. Ita in latino, in græco autem ſic. διελεύσει ἀπ᾽ ἀρχῆς πίστεως Hoc eſt, & trãſibis a principio fidei. In hebræo aũt ſic, Reſpicies a principio fidei: hoc eſt cum reuerſa fueris de Babylonica captiuitate in terram Iſrael, in domo ſecunda. Quando ego ſum uenturus ad te proprio ore oſculandam, reſpicies & ꝯſiderabis quæ merces magna fuerit in opere tuo, a principio fidei, patris tui ſcilicet, Abraæ, De quo ſcriptũ eſt, Credidit Abraam deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Et quæ merces tibi ex eo quia ſecu

Digitized by Google

ra es me per deſertum. Et ingreſſa es caput montis Senir & Hemon. Et re ſpicies q̃ merces tibi, De habitaculis leonũ, ideſt duoꝝ maximoꝝ regũ, Seon regis ammorreorum, & O g regis Baſan. de montibus pardorum, ideſt ue/ lociſſimorum & fortium uirorum. Cum quibus mihi obſequens congreſſa debellaſti eos, ſicut legitur Numeri. 21. Et ad hũc ſenſum reſpexit latinus in/ terpres, Qui uertit coronaberis de capite Amana, ꝓ reſpicies de principio Amana, ideſt, a principio fidei patris tui Abraæ, ut diximus.

Vetus tranſlatio.

VVlneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa, uulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.

Noua tranſlatio.

Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, uulneraſti cor meum cum uno de oculis tuis, cum uno monili colli tui.

VVlneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, Ita in latino, In hebræo autẽ Lebattini, Quod deducitur a Leb. i. cor. Inde poſtea uerbum cum ꝓ/ nomine primæ pſonæ lebattini, Quod græcus interpres eadẽ uia uertit ſic, ἐκαρδίωσας, ideſt, Cordaſti me (ut ita dixerim) hoc eſt, affeciſti, & uulneraſti cor meum, ſagitta. Coculorum tuorum. Vel auulſiſti cor meum in uno oculorũ tuorum, & in uno crine colli tui, Ita ĩ latino, In græco autem, & in hebræo habetur, In uno monili colli tui: Quaſi diceret, etſi multa ſunt ĩ te, quæ me capiunt, & adeo omnia maxima, ut quod uis eorum ſufficiens ſit, me in tuũ amorem & beniuolentiam rapere: quanto magis ergo me alliciunt, atq; ra/ piũt omnia ſimul, & inter alia captus ſum, in uno monili colli tui, hoc eſt, in una tribu tua Iudæ: Quæ ante alias me dilexit. Et ex ea cum ad te ueniam, humanam carnem ſumpturus ſum.

Vetus tranſlatio.

QVã pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa: pul chriora ſunt ubera tua uino, & odor unguentorum tuorum ſu/ per omnia aromata. Fauus diſtil/ lans labia tua ſponſa, mel, & lac ſub lingua tua, & odor ueſtimen torum tuorum, ſicut odor thuris.

Noua tranſlatio.

Quam pulchri ſunt amores tui Soror mea ſpõſa, q̃ boni amores tui pluſq̃ ui num. Et odor oleorum tuorum magis oĩbus aromatibus. Dulcedinem deſtil/ labũt labia tua ſponſa, Mel & lac ſub lingua tua, & odor ueſtimentorum tuo rum, ſicut odor libani.

QVam pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa: Ita in græco, & in latino: In hebræo autem ſic. Quã pulchri ſunt amores tui ſoror mea ſponſa. Sæpe enim uterq; intrepres hebraicam dictionem dod, Quæ amo/ rem, dilectum, & alias patruum ſignificat, perperam uertit ubera, & mãmas. Quã pulchri ſunt amores tui ſoror mea ſponſa. Laudat ſponſam de pulchri tudine amorum in ſe. Et dicit amores pulchros ſupra ſcilicet amores cæte/ rarum gentium: Quas etſi diligebat Chriſtus ut creaturas ſuas, non tamen

Digitized by Google

amor earum in Chriſtum erat pulcher, qualis gentis Iſraeliticæ. Pulchriora ſunt ubera tua uino, & odor unguentorum tuorum ſupra omnia aromata. Ita in græco, & in latino fere. In hebræo autem ſic. Quam boni amores tui pluſq̃ uinum, & odor oleorum tuorũ pluſq̃ omnia aromata. Quã boni amores tui pluſq̃ uinum, hoc reſpondet ad id quod dixerat Sponſa in principio libri. Quia meliores amores tui, q̃ uinum. Quæ uerba nunc ſponſus reflectit in ſponſam. Et odor oleorum tuorum pluſq̃ omnia aromata, hoc eſt, & fama tuarum uirtutum, & bonorum operum redolet ſupra omnia aromata. Et hoc maxime ſpectat ad nouam Hieruſalem catholicam eccleſiam. Cuius fama ſuauiſſimi odoris repleuit totum orbem terrarum. Fauus diſtillans labia tua. Ita ĩ latino, In græco aũt rectius ſic, κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου νύμφη, μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου hoc eſt, Fauũ deſtillãt labia tua ſpõſa: Mel & lac ſub lingua tua. In hebræo aũt ſic. Dulcediné deſtillabũt labia tua ſpõſa: Mel & lac ſub lingua tua. Dulcedinẽ deſtillabunt labia tua, dulcedinẽ. ſ. ſapientiæ ſanctarum ſcripturarum, quarum dulcedine nihil dulcius, nihilq; ſuauius in præſenti uita. Mel & lac ſub lingua tua. Hoc eſt, tanta eſt dulcedo in uerbis tuis, quanta in melle, & in lacte: Iuxta illud prophetæ. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, ſupra mel ori meo. Et dicit ſub lingua, hoc eſt, in abſcondito, Quia non cuilibet talis dulcedo nota, & manifeſta, niſi his in quorum mortali corpore non regnat peccatum, ſed ſine peccato templum ſunt ſpiritus ſancti: Et odor ueſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. Ita in latino. In hebræo autem & græco ſic. Et odor ueſtimentorum tuorũ ſicut odor libani. Et intelligit de ueſtimentis ſacerdotalibus. Quæ redolebãt thus odorem ſuauiſſimum.

Vetus tranſlatio.

HOrtus concluſus ſoror mea ſpõſa, Hortus ɔcluſus, fons ſignatus. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cũ nardo, nardus & crocus fiſtula & cynnamomum, cum uniuerſis lignis libani. Myrrha, & Aloe cum omnibus primis unguentis.

Noua tranſlatio.

Hortus concluſus ſoror mea Sponſa, Fons concluſus, fons ſigillatus, Emiſſiones tuæ paradiſus malorum granatorum cum fructu pulcherrimo. Camphoræ cum nardis. Nardus, & crocus, calamus, & cynnamomum cum omnibus arboribus thuris, myrrha & Aloe cum omnibus capitibus aromatum.

HOrtus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Ita in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic, hortus concluſus ſoror mea ſponſa: Fons concluſus, fons ſigillatus. Pergit ſponſus prædicare laudes ſponſæ: & ad ea quæ dixit, ſuperaddens inquit. Inſuper etiam tu ſoror mea ſponſa es tanq̃ hortus concluſus, & diligenter circũſeptus. Qui odorẽ ſuorum fructuum, & florum foras emittit. Nemo tamen poteſt ad ipſum in-

Digitized by Google

gredi,ad fructus eius eripiendum. Vnde per hortum concluſum metapho/rice intelligit uiros ſanctos: qui odorem ſuæ uirtutis, & bonorum operum longe emittunt: ſaluis tamen ſemper eorum fructibus, quos nemo ab eis er pere poteſt. Fons concluſus, & fons ſigillatus, repetitio eiuſdem ſententiæ per alia uerba. Poſteaq̃ enim dixit ſponſam eſſe tanq̃ hortum cõcluſum, nũc iuxta eundem ſenſum infert eam eſſe & tanq̃ fontem concluſum, & fontem ſigillatum. Et dicit fontem, ſcilicet eiuſdem concluſi horti. Et dicit conclu/ſum ad denotãdum eum fontem eſſe aquarum uiuentium. Et adiũxit poſtea fons ſigillatus, ad ſignificandum eundem fontem aquarum uiuentium uſq; ad aduentum ſuum: & concluſum, & ſigillatum fuiſſe, & neminem ex ea aq̃ bibiſſe, uſq; quo ipſe Chriſtus ueniens fontem ipſum aquarum uiuentium reſerauit. Et clamans Ioannis capite 7 dixit. Siquis ſitit, ueniat ad me, & bi/bat: Qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de uentre eius fluent aq̃ uiuæ. Hoc autem dicebat de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eũ. Emiſſiones tuæ paradiſus malorũ punicorum cum pomorum fructibus. Ita in græco, & in latino. In hebræo autem ſic. Emiſſiones tuæ paradiſus malo/rum granatorum cum fructu pulcherrimo. Notant omnes doctores hebræo rum hic dicentes, omnem aridam terram, quæ aquarum irrigatione indiget, uocari terram emiſſionum. Et hæc dici ad hyperbolen laudis terræ Iſrael. Quod etiam ea pars, quæ indigebat irrigatione aquarum, erat paradiſus .i. hortus malorum granatorum cum fructu pulcherrimo. Nos autem intelligi mus totum mundũ dici emiſſiones terræ iſrael, ex quo totus indigebat aqua rum irrigatione. Et in aduentu Chriſti irrigatum fuiſſe a fonte aquarum ui/uentium. Et ſic factum eſſe paradiſum, ſiue hortum malorum granatorũ cũ fructu pulcherrimo. Et hoc eſt quod dicit, Emiſſiones tuæ paradiſus, emiſ/ſiones .i. totus mundus, qui fiet per te paradiſus malorum granatorum. In aduentu.n. meo ad te oſculandum, ex fonte aquarum uiuentium, qui eſt in horto tuo, deriuabo aquas in totum mundum: efficiamq; ipſum paradiſum, ſiue hortum malorum granatorum cum fructu pulcherrimo, Ita ut in toto mundo, qui nunc maxime indiget multa aquarũ diuinæ ſapientiæ irrigatio/ne naſcantur uariæ ſpecies aromaticorum fructuum uidelicet Cypri cũ nar do. In hebræo camphoræ cum Nardis. Nardus, & crocus, calamus, pro quo in latino eſt fiſtula, & cynnamomum cum uniuerſis lignis libani, Myrrha & aloe cum omnibus primis unguentis, ſiue ut in hebræo, myrrha, & aloe cũ omnibus capitibus aromatum, per quæ quidem uaria aromatum genera, q̃ in emiſſionibus terræ iſrael, ideſt, in toto mundo, per irrigationem aquarum uiuentium a Chriſto meſſia a terra iſrael deductarum orta ſunt, denotantur uaria ſanctorum merita: Quæ produxerũt, & producent uberrimos, ac pre cioſiſſimos fructus in eccleſia dei.

Vetus tranſlatio. | Noua tranſlatio.

FOns hortorum puteus aquarum uiuentium: quæ fluunt impetu de libano. Surge Aquilo, & ueni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

Fons hortorum puteus aquarũ uiuentium, effluẽtium de libano. Suſcitare Aquilo, & ueni Auſter, perfla hortum meum, fluant aromata illius.

FOns hortorum puteus aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de libano. Ita in omnibus tribus linguis fere: Fons hortorum: Pergit Sponſus p eandem metaphoram aſſumptam a fonte aquarum uiuentium aſſimilare ſponſam ad fontem hortorum, dicens. Tu ſponſa mea, es fons hortorum. i. fons, qui irrigabis hortos totius mundi, & tu es puteus aquarum uiuentium, & fluentium de libano. Hoc eſt tu es puteus mundiſſimarum aquarum, quæ manant ab alto monte tuo Libano, ubi nulla perturbatio cœni. Et intelligit aquas Baptiſmatis: quas emanantes e monte libano ad fluuium Iordanẽ ſanctificauit Chriſtus baptizatus in eis per manus Ioannis baptiſtæ. Surge Aquilo, & ueni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Ita in omnibus tribus linguis. Et ſi in hebræo, & græco pro ſurge ſit ſuſcitare Aquilo, & ueni Auſter, Et ſenſus eſt: Ex quo inquit ſponſa fragrãtiſſimus eſt odor tuus, propterea ego præcipio uentis Aquiloni, & Auſtro: ut ſimul & pariter hinc atq; hinc ſpirent in horto meo, & fluant aromata illius, ita ut ex eis egrediatur foras odor tuus ſuauiſſimus ad omnes gentes. Et ſic ſignat aperte catholicam eccleſiam ex gentibus. Quæ ad odorem chriſti currentes inſerẽdæ erant cum gente uera iſraelitica, & ad Chriſtũm per Apoſtolos cõuertendæ.

CAPITVLVM QVINTVM.

Vetus tranſlatio.

VEniat dilectus meus in hortum ſuum, ut comedat fructum pomorum ſuorum. Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauum cũ melle meo, & bibi uinum meũ cũ lacte meo. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.

Noua tranſlatio.

Veniat dilectus meus ad hortum ſuũ, & comedat fructum pulcherrimorũ pomorum ſuorum. Veni ad hortum meum ſoror mea ſponſa, collegi myrrham meam cum aromate meo. Comedi fauum meum cum melle meo. Bibi uinum meum cum lacte meo. Comedite ſocii, bibite, & iebriamini dilecti

VEniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum. Ita in omnibus tribus linguis. Nunc ſponſa inuitat & ipſum ſponſum ad hortum pomorum ſuorum: & ut ueniens (ſicut ei ſæpe pollicitus eſt) comedat fructum horti ſui. Ex quo datur intelligi ſponſum cum uenit ad gentem Iſraeliticam comediſſe de fructibus horti, hoc eſt de fructibus bonorum operum, & non de ipſis ſacrificiis animalium, Quæ in aduentu eius abolenda erant. Veni in hortum meũ ſoror mea ſponsa, meſſui

Digitized by Google

myrrham meam cum aromatibus meis. Sic in latino & in græco ferme, niſi quia pro meſſui, in græco eſt, ἐτρύγησα, hoc eſt, uindemiaui. In hebræo autẽ totum ſic. Veni ad hortum meum ſoror mea ſponſa, collegi myrrham meam cum aromate meo. Veni in hortum meum & reliqua. Rabbi Selomo hic cõtorquens ſimplicitatem huius textus exponit de cœleſti igne, qui in dedicatione templi Selomonis palam deſcendit, & abſorpſit ſacrificium, quod ad ea, quæ hic dicuntur nequaq̃ conuenit. Agitur enim hic de aduentu ipſius ſponſi, quem ſupra inuitauit ſponſa ad hortum ſuum, & non de igne cœleſti. Quapropter continuando hæc cum ſuperioribus, exponendum eſt in hũc modum. Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa. Veni præteritum ꝑ futuro more prophetico, hoc eſt, nõ ualde poſt inuitatus a te uenturus ſum in hortum meum, congregationem Iſrael. Collegi myrrham meam, pro colligam myrrhã meam cum aromate meo. Hoc eſt, aſſumam ex Iſrael mihi qui ſunt myrrha, & aroma precioſum: eoſq; ſpiritu ſancto, quem miſſurus ſum eis, comburam illos, redolereq; faciam eos per totum mundum. Et intelligit de apoſtolis, & cæteris, qui crediderunt in eum de Iſrael. Comedi fauum cũ melle meo: bibi uinum meum cum lacte meo. Ita fere in omnibus tribus linguis. Comedi fauum meum cum melle meo. Addit nunc ſponſus, Quid ulterius cum ueniſſet in hortum ſuum fecerit inquiens, Comedi fauum meũ cum melle meo. Doctores hebræorum exponunt hæc uerba de Sacrificiis, quæ erant (ut aiunt) dulcia ſponſo ſicut mel, Quod ſatis abſurdum, atq; ineptum eſt, dicere ſponſum non ob aliam potiorem cauſam uenturũ, q̃ ut comedat ſacrificia. Quam obrem nos per fauum mellis, quem comedit, & uinum cum lacte, quod ueniens bibit ſponſus, exponimus de illo maximo ſacrificio iuſticiæ, quod de ſe ipſo obtulit Chriſtus deo patri pro peccatis totius mundi. Quod facere, fuit ei dulce, ſicut comedere fauum mellis, & bibere uinum cum lacte. Hoc eſt, uinum, cuius dulcedo, & claritas ſuperat dulcedinem, & claritatem lactis. Voluntarie enim ſeipſum Chriſtus obtulit ꝑ nobis. ut omnes & ueteres, & nouæ conteſtantur ſcripturæ. Et ad hoc ſolum naſci uoluit, & uenire in hortum, ut comederet fauum mellis, & biberet uinum cũ lacte, id eſt, ut pateretur, tanto enim deſiderio noſtræ ſalutis ardebat ut uehementiſſime patiendo pro nobis, non pati, ſed mel comedere & lac bibere ſibi uideretur. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi: ſic in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic, Comedite ſocii, & bibite, & inebriamini dilecti.. Perquam benigne inuitat hic Chriſtus ſocios, apoſtolos & amicos omnes ad ſuam dulciſſimam eſcam dicens. Comedite amici & uos fauum mellis paſſam carnem meã. ſ. Et bibite uinum cum lacte, hoc eſt, fuſum ſanguinem meum, Et inebriamini chariſſimi. Quam benignus, & liberalis de ſe ipſo conuiuator Chriſtus dominus, Qui ſuos conuiuas uult comedere, & bibere uſq; ad ebrietatem, Et ſi per quam pauci nunc ex cõuiuio Chri

Digitized by Google

ſti ebrii recedunt. Hoc euenit, ex quo ebrii ſumus pleriq; omnes ex mundi ↄcupiſcentia, & propterea ſobrii ex menſa Chriſti, & ſicci & aridi potius atq; ieiuni. Et idcirco infert dicẽs chariſſimi, quia ſoli chariſſimi inebriantur. Et chariſſimi quidem conuiuæ Chriſti ſunt ſoli illi, in quorum mortali corpore non regnat peccatum: ſed templum facti Spiritus ſancti: quæ ſurſum ſunt ſapiunt, quæ ſurſum ſunt quærunt, & non quæ ſuper terram.

Vetus tranſlatio.

EGo dormio, & cor meum uigilat. Vox dilecti mei pulſantis, aperi mihi ſoror mea, Amica mea, colũba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

Noua tranſlatio.

Ego dormiens & cor meum excitatum, uox dilecti mei pulſantis, Aperi mihi ſoror mea, ſocia mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctis.

EGo dormio, & cor meum uigilat, ita in omnibus tribus linguis. Et ſi in hebræo ſit, & cor meum excitatũ. Quod idem eſt in ſenſu. Et ſunt uerba ipſius ſpõſæ, quæ dicit ſe dormire. Et hoc fuit in prima domo ſancta, qñ gens Iſraelitica dormiebat, hoc eſt, oblita dei ſui, ſicut q dormit, colebat idola. Et cor meum uigilat, uocat more ſponſarum ipſum ſponſum cor ſuũ dicens, & cor meum ideſt Chriſtus, qui eſt cor meum, & amor meus, uigilat ad me cuſtodiendum, & redimẽdum. Vox dilecti mei pulſantis, Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Ita in omnibus tribus linguis ĩ ſenſu. Vox dilecti mei pulſantis & reliq. Cum dormiret Sponſa (ut dicebat ſupra) ecce dilectus ad portam eius, & pulſans portam per Prophetas. ſ. dicebat. Aperi mihi ſoror mea ſponſa, quia caput meum plenum eſt rore. Aperi mihi quia caput meum plenum eſt rore, hoc ẽ. Tãto amore in te ardeo, ut non poſſim me continere, qn amantium more per rorem in nocte non ueniam ad te. Propterea api mihi ſoror mea, Quia & cincinni mei guttis noctis ſupple pleni ſunt. Vnde quia ros ſignificationẽ habet beneplaciti, & cõplacentiæ. propterea allegorice per rorẽ ſignificat ſe cũ benedictione multa, & retributione bonorum operum uenire. Et poſtea etiam deterrẽs eam ſi aperire recuſauerit, ſubdit dicẽs. Et cincinni mei guttis noctis, hoc ẽ, pluuia noctis, quæ ſignificationem habet laboris, & tribulationis, Quaſi diceret, etſi nolueris pulſanti mihi aperire, ſunt in manu mea multa genera ſuppliciorũ, ut ea ſumam de te, & de omnibus qui pulſanti mihi nolunt aperire.

Vetus tranſlatio.

EXpoliaui me tunica mea quomodo ĩduar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus miſit manum ſuam per fo

Noua tranſlatio.

Expoliaui me tunica mea, quomodo ĩduam illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus miſit manum ſuam ex fo

ramen,& uenter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi ut aperirem dilecto meo,manus meæ ſtillauerunt myrrham,& digiti mei pleni myrrha probatiſſima,peſſulum oſtii mei.

ramine,& uiſcera mea reſonuerũt ſuper me.Surrexi ego ad aperiendũ dilecto meo,& manus meæ ſtillauerunt Myrrham,& digiti mei Myrrham tranſeuntem ſupra palmas ſeræ.

EXpoliaui me tunica mea,quomodo induar illa? Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? Ita in omnibus tribus linguis. Expoliaui me tunica mea & reliqua. Verba ſunt ſponſæ, quæ alium habens ſecum amatorẽ nolens ſponſo legitimo ſuo aperire,ſe excuſat dicens. Expoliaui me tunica mea,quomodo induar illa? Quaſi per has friuolas excuſationes palam diceret,Miſſam me fac,quia habeo alium amatorem mecum, & alios deos quos colo:hoc enim inſinuat per uerba illa,expoliaui me tunica mea. Quæ uerba propria ſunt mulieris adulteræ,quæ occupata cum alio amatore, tergiuerſatur aperire uiro ſuo. Hæc reſpondent ad id,quod dixerat ſupra, Ego dormio,& cor meum uigilat,quorum ſenſus eſt. Ego dormio,hoc eſt oblita ſum legitimi mei ſponſi,& cor meum,ideſt Chriſtus ſponſus meus,qui deberet eſſe cor meum uigilat per rorem, & per pluuiam noctis ueniens ad me, & pulſans oſtium meum dormientis. Expoliaui me tunica mea. Prophetat per hæc,quod futurum erat ſibi. Ex eo enim quod non aperuit,& non recepit Chriſtum uenientem ad ſe,& pulſantem,ſpoliata fuit duplici eius tunica ſacerdotali ſcilicet & regali,utraque dignitate & ſacerdotii,& regni ãmiſſa. Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? Et per hæc etiam prophetat Iudæos poſt lotionem pedum idolatriæ,quam commiſerunt in prima domo ſancta, nunquam amplius reuerſuros ad colendum idola. Et hoc(ut puto)factum eſt,ne poſſint dicere iudæi ſe propter peccatum idolatriæ deiectos in tam longam, & tã duriſſimã captiuitatem,& non propter occiſionem Chriſti Meſſiæ. Et ſi cum nullum aliud peccatum dicant ſe habere,quo,tam lõga captiuitate puniantur,aſſeuerent eorum doctores ſuper Danielem prophetam (ut ibi latius diximus)ſe propter idolatriam patrum primæ domus ſanctæ in hãc præſentem tam longam captiuitatem eſſe deiectos. Quod autem iudæi a lotione pedum primæ domus non inquinauerunt ſe,neque inquinabunt amplius per idolatriam,aperte oſtendit Oſea propheta capite tertio dicens, Quia dies multos ſedebunt filii iſrael ſine rege,& ſine principe,& ſine Sacrificio,& ſine altari,& ſine Ephod,& ſine teraphim,& poſt hæc reuertentur filii Iſrael,& quærent dominum deum ſuum,& Dauid regem ſuum,& pauebunt ad Dominum,& ab bonum eius in nouiſſimo dierum. Hactenus Oſea. Vnde per Teraphim,quod eſt ſpecies Idolorum, intelligit omnia idola. Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, Et uenter meus intremuit ad tactum eius: Ita ualde perperam in Latino: In græco autem recti/

us ſic. Ἀδελφιδός μου ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀπῆς, καὶ ἡ κοιλία μου ἐθροήθη ἐπ᾽ αὐτόν. Hoc eſt, nepos meus miſit manum ſuam a foramine, & uenter meus reſonuit in ipſum. Pro quibus poſtremis uerbis perq̃perperam, & indecenter in latino habetur, Et uenter meus intremuit ad tactum eius. In hebræo autem ſic. Dilectus meus miſit manum ſuam de foramine, & uiſcera mea reſonuerunt ſuper me. Senſus hic eſt. Dum inquit ſponſus meus ſtaret ante oſtium meum & pulſaret, miſit manũ ſuam ex foramine. ſ. portæ. Et ego cum uidiſſem manum eius, quam ex foramine portæ ideſt ex foramine cœlorum extendit ad me capiendum: uiſcera mea reſonuerunt. i. cõmota ſunt ſup me, hoc eſt, mox recordata ſum priſtini mei amoris in eum, & propterea decreui aperire ei. Surrexi, ut aperirem dilecto meo, & manus meæ ſtillauerunt myrrhã: & digiti mei pleni myrrha probatiſſima, peſſulum oſtii mei. Ita in græco, & in latino fere. In hebræo autem ſic. Surrexi ego ad aperiendum dilecto meo, & manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei myrrham tranſeuntem ſupra palmas peſſuli, Senſus eſt, Poſteaq̃ uidi inquit manum ſpõſi, quam miſit per foramen portæ, ut me præhenderet: uiſcera charitatis, & priſtini amoris mei erga eum commota ſunt, & mox ſurrexi ad aperiendum ei: Et dum ſurgerẽ, manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei myrrham tranſeuntem, ideſt cuius odor tranſit in omne latus. Et uult dicere ſe eo animo perfecto, & amoris pleno ſurrexiſſe ad aperiendum ſponſo, cum iam incaluiſſent uiſcera dilectionis eius, quo animo mulier expetẽs placere uiro ſuo, ſuffumigata myrrha, & aliis optimis odoribus proficiſcitur ad eum. Et digiti mei myrrhã tranſeuntem ſupra palmas feræ, hoc eſt, Et digiti mei ſtillabant myrrham magni odoris ſupra palmas feræ ſiue peſſuli, ideſt dum applicarem manũ ſupra palmas feræ ipſius portæ ad aperiendum eam. Et manus meæ ſtillauerunt myrrham. Hæc uerba aliqui ex ueteribus doctoribus hebræorum etiam aliter expoſuerunt ſic. Et manus meæ ſtillauerunt myrrham, hoc eſt, Et manus meæ tunc amaricatæ ſunt, ex memoria peccati idolatriæ, ac ſi myrrhã attigiſſent. Et digiti mei myrrham tranſeuntem, hoc eſt, & tamen amaritudo illa tranſiit, ex eo quia cogitabam eum peperciſſe peccatis meis.

Vetus tranſlatio.

APerui dilecto meo, at ille declinauerat, atq; tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus locut9 eſt. Quæſiui & non inueni illum, uocaui, & non reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes, qui circuierunt ciuitatem, percuſſerunt me, & uulnerauerunt me. Tulerunt pallium meum cuſtodes murorum.

Noua tranſlatio.

Aperui dilecto meo, & dilectus meus reuerſus eſt, trãſiuit. Anima mea egreſſa eſt in loqui ipſum. Quæſiui ipſum, & non inueni ipſum; uocaui ipſum, & non reſpondit mihi Inuerunt me cuſtodes circũientes in ciuitate, percuſſerunt me, ceperunt pallium meum deſuper me cuſtodes murorum.

Digitized by Google

APerui dilecto meo,at ille declinauerat,atq; transierat.Anima mea liq/facta eſt,ut dilectus locutus eſt. Ita in utraq; tranſlatione in ſenſu. In hebræo autẽ ſic. Aperui dilecto meo ,& dilectus meus reuerſus eſt, trãſiuit. Anima mea egreſſa eſt in loq ipſum. Narrat ſpõſa,q; dum apiret portã,ſpõſus ꝯuerſus eſt,tranſiuit,& abſcõdit ſe. Aĩa mea egreſſa eſt in loq ipſum, hoc eſt,cum anteq̃ recederet,& loqueretur mecum dicens,Non intrabo domum tuã, Quia a principio noluiſti aperire mihi. Quæſiui ipſum: & non inueni ipſum: & uocaui ipſum: & non reſpondit mihi. Inuenerunt me cuſtodes, circũeuntes in ciuitate, percuſſerunt me, & uulnerauerunt me. Ceperunt pallium meum deſuper me. Ita in oĩbus tribus linguis ferme. Inuenerũt me cuſtodes circumeũtes in ciuitate, hoc ẽ ,Nabuchodonoſor,& exercitus eius,cuſtodes circumeuntes ciuitatẽ,hoc ẽ ,q obſidentes circuibãt ciuitatẽ ad ulciſcendum ultionem eius. Ceperunt pallium meum deſup me, hoc eſt, Sãctuarium,quod erat meum pallium. Et notãdum in hebræo diſtingui orõnem per accentum zacheph caton in uerbo deſuper me: Vnde uerbum ceperunt referẽ ad cuſtodes obſidentes ciuitatem. Et poſtea ſubiungit. Cuſtodes muroꝶ,hoc eſt,etiam angeli miniſterii ,qui erant cuſtodientes muros meos,ſicut dixit Iſaias capite.67. Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes tota die,& tota nocte in perpetuum non tacebunt. Et ipſi ſupple dereliquerunt me.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
ADiuro uos filiæ Hieruſalem,ſi inueneritis dilectum meum ,ut nũcietis ei,quia amore langueo. Qualis eſt dilectus tuus ex Dilecto o pulcherrimaulieꝶ. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto,quia ſic adiuraſti nos.	Adiuro uos filiæ Hiernſalem ,ſi inueneritis dilectum meum, ut nuncietis ei q; ĩfirma amore ego. Qualis dilectus tuus ex dilecto,o pulchra ĩ mulieribus. Qualis dilectus tuus ex dilecto,q; ſic adiuraſti nos

ADiuro uos filiæ hieruſalem ſi inueneritis dilectum meum,ut nuncietis ei,qa amore langueo. Ita in oĩbus tribus linguis. Adiuro uos filiæ hieruſalẽ, Poſteaq̃ p cõmiſſam idolatriã a regibus Iudæ in prima domo ſctã pcuſſa fuit hieruſalẽ,& data ĩ manu Regis Babyloniæ humiliata nimis, reſipiſcens tandẽ & cupiens recõciliari ſpõſo,adiurat filias Hieruſalẽ, hoc eſt, oẽs tribus,& uniuerſum populum iſraeliticum ,q habitabat in finitimis locis,& ciuitatibus Iſrael: q̃ erant ipſi metropoli hieruſalẽ tanq̃ filiæ dicens. Adiuro uos filiæ hieruſalẽ ſi inueneritis dilectum meum Sponſum Chriſtum,ut nuncietis ei,quia amore langueo. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulieꝶ. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos. Sic in omnibus tribus linguis. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, & reliqua. Reſpondent filiæ Hieruſalem ad ipſam adiurantem matrem, & præſeferentes non cognoſcere Chriſtum dilectum Sponſum inquiunt. Qualis eſt dilectus

tuus ex dilecto: ſcilicet, patre æterno, o pulchra inter mulieres, & ex nimio affectu inculcantes interrogationem ſubiungunt, qualis eſt dilectus tuus ex dilecto. ſ. patre æterno, quia ſic adiuraſti nos.

Vetus tranſlatio.

Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus, oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſūt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima.

Noua tranſlatio.

Dilectus meus candidus, & rubicundus, uexillatus ex millibus. Caput eius aurum, igne examinatum cincinni eius aceruati nigri quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbarum ſuper riuulos aquarum, loticum lacte, reſidentes ſupra plenitudines.

Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Ita in omnibus tribus linguis, niſi quia in hebræo pro electus habetur dagul, ideſt, uexillatus. Dilectus meus candidus, & rubicundus, & reliq̄. Interrogata ſponſa a filiabus ſuis q̄lis eſſet dilectus ſuus, gratificās eis, deſcribit formā ſponſi ſui dicēs. Dilectus meus candidus, & rubicūdus, Candidus. ſ. in toto corpe, & rubicundus in genis, & in facie. Candidus ad dealbandum peccata mea. In tali enim forma apparuit Danieli in iudicio. Vnde libri ſui capite. 7. ſic inquit. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. ueſtimentum eius candidum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana munda. Et rubicundus ad ulciſcēdum inimicos ſuos, Iuxta illud Iſaiæ capite. 63. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & ueſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt uir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Electus ex millibus In hebræo uexillatus ex millibus, hoc eſt, multi exercitus angelorum in circuitu aſſiſtunt ei. Iuxta illud Danielis. 7. Millia milliū miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Caput eius aurum optimum. Sic in latino. In græco aūt ſic. κεφαλὴ αὐτοῦ χρυσίον κεφαζ hoc eſt caput eius auꝝ cephaz: ſeruauit. n. græcus hebraicam uocem paz, Quæ latine ſignificat aurū igne ualde examinatum. Caput eius aurū paz, Sēſus eſt, caput eius, hoc eſt principiū uerboꝝ eius, refulget. ſ. ſicut aurum optimum, Iuxta illud pſal. 118. Principiū uerboꝝ tuoꝝ ueritas, in æternum oīa iudicia iuſtitiæ tuæ, Qđ q̄dem principiū uerboꝝ eius fuit in monte ſinai ad populū ſuum: q̄n dixit. Egodominus deus tuus, oſtendens ex hoc principio uerboꝝ eius, Regnū & imperiū ſui ſolius eſſe. Et poſtea ſubiecit ſua mandata. Quæ ut rex p̄cepit obſeruāda. Comæ eius ſicut elatæ palmaꝝ, nigræ q̄ſi coruus, ſic in utraq; trāſlatione. In hebræo aūt ſic, Cincinni eius aceruati nigri ſicut coruus, hoc reſpōdet ad illud qđ dixit Dauid pſal. 17. Poſuit tenebras latibulū ſuū in circuitu tabernaculi ſui. Et ad id qđ dixerūt doctores hebræoꝝ. Qđ cū appuit deus ī mari rubro,

Digitized by Google

uiſus eſt in forma adoleſcentis prælíantis cum maxima fortitudine. Oculí eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ. Ita i utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic: Oculi eius ſicut columbarum ſuper riuulos aquarũ, loti cum lacte reſidentes ſupra plenitudines. Hoc eſt, oculi eius pulchri ſunt, Quales ſunt oculi columbarum ſpectantium aquas, quarum oculi ex eo aſpectu aquarum multum affecti, condecorantur. Et tanto magis afficiuntur oculi, & efficiuntur pulchri ſi lacte fuerint loti. Oculi eius ſicut columbarum, aliter exponuntur hæc uerba ſic. Quemadmodum colũbæ oculis ſuis circũſpectant omnia ex feneſtris ſuis, iuxta illud Iſaiæ capite. 60. Et quaſi colũbæ ad feneſtras ſuas & cæ. Sic oculi domini ex feneſtris cœlorum circũſpectant omnia. Loti cum lacte, hoc eſt, & ſicut oculi columbarũ uidentur pulchri, ac ſi loti cum lacte, Sic & oculi ipſius ſponſi cum intẽdũt ad iudicandum, clarificant iudicium ſicut candor lactis ad iuſtificandum iuſtum, & ad damnandum impium, & reddendum eis ſm opera eorum. Et reſident iuxta fluenta pleniſſima. Ita in latino: in græco autem rectius ſic. καθήμεναι ἐπὶ πληρώματι, hoc ẽ ſedẽtes ſupra plenitudinẽ. In hebræo aũt ſic reſidẽtes ſupra plenitudines, hoc eſt & oculi eius ſponſi erant reſidentes & ſtantes ſupra plenitudines, hoc eſt in pulchra & moderata æqualitate & conueniẽtia: ex quo non erant prominentes, neq; profundi magis q̃ decens erat, & ideo perpulchri. Et ſecundum allegoricum ſenſum ſedentes ſupra plenitudines: hoc eſt, & oculi eius ſpaciantes ſupra plenitudinem mundi & reſpiciẽtes bonos & malos.

Vetus tranſlatio.

GEnæ illius ſicut areolæ aromatum: conſitæ a pigmentariis. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, diſtinctus Sapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ: quæ fundatæ ſunt ſupra baſes aureas. Species eius ut libani: Electus ut cedri. Guttur illius ſuauiſſimum: & totus deſiderabilis. Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus filiæ hieruſalem.

Noua tranſlatio.

Genæ eius ſicut linea plantationum aromatis, aromatum confectionum. Labia eius uiolæ diſtillantia myrrham tranſeuntem. Manus illius rotæ auri plenæ cũ tharſis. Venter eius nitor eboris, inuolutus Sapphiris. Tibiæ eius columnæ marmoris fundatæ ſuper mortariola aurei. Viſio eius ſicut Libani. Electus ſicut Cedri. Palatum eius dulce: & totus ipſe deſideria, iſte dilectus meus, & iſte ſocius meus filiæ hieruſalem.

g Enæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ a pigmentariis. Sic in latino In græco aut ſic σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος φύουσαι μυρεψικά, hoc ẽ genæ illius ſicut phialæ aromatis producentes pigmentaria, In hebræo autẽ ſic. Genæ eius ſicut linea plantationum aromatis aromatum confectionum.

Digitized by Google

Pergit Sponſa rogata a filiabus deſcribere & reliqua pulcherrimã membra Chriſti ſponſi dicens: Genæ eius ſicut linea plantationum aromatis aromatum confectionum. Genæ eius ideſt facies eius intelligendo a parte totam faciem: Sicut linea plantationum aromatis aromatum confectionum: Senſus hic eſt, ꝙ genæ & facies, hoc eſt uerba quæ locutus fuit ſponſus Chriſtus facie ad faciem in monte Sinai cum populo ſuo iſraelitico: fuerunt dulciſſima & perſpectiſſima: & ſingula uerba ferme uiſa ad ſimilitudinem lineæ plãtationũ aromatis: quæ linea conſtat ex pluribus aromatibus ad dulciſſimas precioſiſſimaſq; confectiones faciendas maxime idoneis. Labia eius lilia diſtillãtia myrrham primam. Ita in utraq; tranſlatione ferme. In hebræo autẽ ſic, Labia eius uiolæ diſtillantia myrrham tranſeuntem. Repetitio eiuſdem ſententiæ per alia uerba. Hoc eſt & labia eius ſimilia uiolis, locuta ſunt, ſubaudi in eodem monte ſinai uerba ſuauiſſima, & odoris myrrhæ tranſeuntis, id eſt, odorẽ in omne latus iactantis pleniſſima. Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis ita in latino, in græco autem ſic χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ χρυσαῖ πεπληρωμέναι θαρσεῖς hoc ẽ. Manus eius tornatiles aureæ plenæ tharſibus. In hebræo autem ſic. Manus eius rotæ auri plenæ cum tharſi. hoc eſt. Manus eius cum rotis ideſt annulis aureis plenis tharſi lapide precioſo, Et allegorice ſecundũ doctos ueteres doctores hebræos per manus eius intelligit duas tabulas legis, quas fecerunt manus eius. Et per rotas auri: uerba legis, de quibus dicitur in pſal. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum. Venter eius eburneus diſtinctus ſapphiris ita in latino, in græco autem ſic. κοιλία αὐτοῦ πυξίον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου σαπφείρου hoc eſt uenter eius pyxidicula eburnea in lapide Sapphiro. In hebræo autem ſic, Venter eius nitor eboris inuolutus ſapphiris. Quia dixit ſupra Dilectus meus candidus & rubicundus propterea cum dixiſſet, uenter eius nitor eboris, adiunxit inuolutus cũ Sapphiris. Eſt. n. Sapphirus lapis precioſus rubri coloris ſecundum Rabbi, Abraã Abenezra in ſuis cõmentariis. Et recte ſecundum allegoricum ſenſum, uenter eius candidus eſt ut Ebur, & inuolutus ſapphiris rubri coloris, ex quo ſecundum eoſdem doctores, per uentrem: qui in medio eſt hominis: lex ſacerdotalis: quæ in medio eſt uoluminis legis Moiſi ſignificatur, quæ & candida eſt ut Ebur ad dealbandum, & rubicunda ut ſapphirus, ad ulciſcendum peccata. Crura illius colũnæ marmoreæ quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Ita in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic. Tibiæ eius columnæ marmoris fundatæ ſuper mortariola auri, & idem eſt ſenſus. Tibiæ eius hoc eſt corpus eius, a parte enim intelligit totum, & per corpus eius intelligit mundum iſtum, quem ipſe Chriſtus creauit. Columnæ marmoris in hebræo hammude ſes, unde quia ſes & ſenarium ſignificat numerum, propterea allegorice uult dicere huius mundi ſex eſſe columnas hoc eſt latera ſex. ſ. Ante, Retro, Surſum, Deorſum, Dextrorſum, & Siniſtrorſum. Fundatæ ſupra mortario-

Digitized by Google

la auri,hoc eſt ſupra terram,unde eſt aurum ,Species eius ut libani: Electus ut cedri,ſic in omnibus tribus linguis,Species eius ſiue uiſio eius ut Libani, ideſt montis libani: Et ſenſus eſt,ſic inquit eſt uidere deum,hoc eſt opera dei ſicut ingredi in montem libanum:& uidere pulcherrimas arbores eius: quē admodum. n.quis ingreſſus in montem libanum,mox in ipſo aditu eiuſdem montis uidet arbores adeo pulchras ut putet nullas alias inueniri poſſe pulchriores,& deinde progreſſus paululum uidet in eodem monte alias arbores longe pulchriores,& ſic deinceps. Sic ſunt inquit & opera Dei alia aliis longe pulchriora præſtantioraq;. Electus ſicut cedri,Quæ. ſ.ſemper uireſcunt,ſic & opera Dei ſemper uireſcunt,nunq̄ enim deſinūt eſſe,ſed ſemper inſtaurantur,& ſic tanq̄ cedri ſemper uireſcunt. Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis. In hebræo ſic Palatum eius dulce,& totus ipſe deſideria. Palatum eius dulce,hoc ē uerba eius dulcia. Dicit.n. ſcriptura Ezechielis cap.18. Si autem impius egerit pœnitētiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt,& cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſticiam uita uiuet & non morietur, omnium iniquitatum eius , quas operatus eſt non recordabor. Eſt ne aliquod uerbum dulcius,quā hoc? Et rurſus ibidem inquit. Nunquid uoluntatis meæ eſt mors impii dicit dominus deus , & non ut conuertatur a uiis ſuis & uiuat? Eſt ne aliquod uerbum dulcius quā hoc:& alia huiuſmodi. Talis eſt Dilectus meus & ipſe eſt amicus meus filiæ hieruſalē. In hebræo aūt ſic. Iſte dilect^9 me^9,& iſte ſoci^9 meus filiæ hieruſalē.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
QVo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum:quo declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.	Quo profectus eſt Dilectus tuus o pulchra in mulieribus :quo cōuertit ſe dilectus tuus? & quæremus ipſum tecum.

QVuo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum,quo declinauit Dilectus tuus. Ita in omnibus tribus linguis ad ſenſum. Quo profectus eſt dilectus tuus. Cū audiſſent filiæ hieruſalem a matre q ſpecioſus forma ē præ filiis hominum ſpōſus Chriſtus:propterea & ipſæ audiendo captæ amore ſponſi,per quam cupide interrogant matrem dicentes. Quo profectus ē dilectus tuus te derelicta uidua in Babilonica captiuitate: Quo conuertit ſe dilectus tuus,& quæremus ipſum tecum.

CAPITVLVM SEXTVM.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
DIlectus meus deſcendit in hortum ſuum , ad areolam aromatum:ut ibi paſcatur in hortis ,& lilia colligat,ego dilecto meo,& dilectus meus mihi,qui paſcitur inter lilia.	Dilectus meus deſcendit in hortū ſuum ad lineas plantationum aromatis,ad paſcendum in hortis,& ad colligendū uiolas. Ego dilecto meo & dilectus me^9 mihi , paſcēs i uiolis.

Digitized by Google

DIlectus meus deſcēdit in hortum ſuum: ita in omnibus tribus linguis. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum. Rurſus interrogata a filiabus ſuis Sponſa, & quo abierit ſpecioſus Sponſus eius, reſpondet dicēs. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum. Mira breuitas, ex eo enim quod dicit deſcendit in hortum ſuum, inſinuat filiabus ſuis ſponſum ſuum cōceſſiſſe a ſe in altum ad montes æternos: & inde poſtea rurſus deſcēdiſſe in hortum ſuum. Et ſic per miram breuitatem & artem & reſpondet ad interrogata, & ſeruat decorum Epithalamici carminis, quod nihil triſte admittit, accipit & præteritum pro futuro dicens, deſcendit in hortum ſuum: pro deſcendet in hortum ſuum. Ad lineas plantationum aromatis. Mire ac ſignate cum dixiſſet deſcendit in hortum ſuum, adiunxit ad lineas plantationum aromatis, quaſi diceret, deſcendet quidem non ſimpliciter ad hortum, Sed deſcendet ad lineas plantationum aromatis, hoc eſt, ad ipſos ueros iſraelitas Apoſtolos, & cæteros, qui ſponſum Chriſtum recipient: & recte ſignantur hic Apoſtoli per lineas plātationum aromatis, quia odorem ſuum ſupra oīa aromata in apoſtolos & diſcipulos ſuos cōtulit Chriſtus. Vnde merito ipſi poſtea prædicantes dicebant. Chriſti bonus odor ſumus. Vt ibi paſcatur in hortis, & lilia colligat, ita in latino & græco. In hebræo autem ſic, Ad paſcendū in hortis, & ad colligendum uiolas, Ad paſcendum in hortis. Mire ſignateq; dixit, in hortis. Nam ſi ad hortum deſcendit Chriſtus, quomodo ergo paſtus eſt in hortis: quod ſic intelligitur, Chriſtum deſcendiſſe in hortum, hoc eſt, ad gentem Iſraeliticam, & deſcendiſſe etiam ad paſcendum in hortis ſcilicet gentium, quæ in uarios hortos, hoc eſt, in uarios deorum cultus erāt diuiſa. Vnde cum deſcendiſſet Chriſtus in hortum ſuū gentis Iſraeliticæ, collegit uiolas, & ex hortis gentium, hoc eſt, ſanctas animas redolētes ſicut uiolæ, ex quibus facta eſt Eccleſia catholica. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia: ita in omnibus tribus linguis ferme. Et ſenſus eſt. Quāquam ita ſe habet inquit Sponſa, q; dilectus meus Chriſtus Meſſias ueniēs ad me in hortum ſuum, paſcetur in hortis gētium, colligetq; inde uiolas, nō tamen propterea me ſponſam ſuā prorſus abiiciet, Sed ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, hæc aſſerit propter Apoſtolos, & alios, qui de gente Iſraelitica crediderunt in IESVM Chriſtum una cum gentibus.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
PVlchra es amica mea, & ſuauis, & decora, ſicut Hieruſalem, terribilis, ut caſtrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me, qa ipſi me auolare fecerūt. capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui ſicut greges ouium,	Pulchra es tu ſocia mea ſicut thirſa, pulchra ſicut Hieruſalem, terribilis ſicut uexillatæ. Auerte oculos tuos de contra me: quia ipſi præualuerunt in me. Capillus tuus ſicut gregis caprarum, quæ pexæ ſunt de Gilhad. Dentes tui ſicut greges

Digitized by Google

quæ aſcenderunt de lauacro omnes gemelli fœtibus, & ſterilis non eſt in eis, Sicut cortex mali punici: ſic genæ tuæ abſq; occultis tuis.

ouium: quæ aſcenderunt de lauacro, quæ omnes parientes gemellos, & orbata non in eis. Sicut fruſtum mali granati tempus tuum de intus crinem tuum.

PVlchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Hieruſalē. Ita in latino, in Græco ſic . καλὴ εἶ ἡ πλησίον μου ὡς εὐδοκία ὡραία ὡς Ἱερουσαλὴμ hoc eſt pulchra es proxima mea, ut beneplacitum, decora ſicut Hieruſalem. In hebræo autem ſic. Pulchra tu ſocia mea ſicut thirſa, decora ſicut hieruſalē. Pulchra tu ſocia mea: Mirum ꝙ Sponſam ſuam hic Chriſtus appellat pulchram ſicut Thirſam ciuitatem terræ Iſrael: & ſicut Hieruſalem. Vnde manifeſtum eſt, eum nō loqui hic amplius de uetere ſponſa Hieruſalē. Sed de noua Romana eccleſia, quam in pulchritudine comparat ad thirſam, & ipſam hieruſalem, dicens, pulchra es amica mea ſicut Thirſa, quæ ciuitas eſt in terra Iſrael. De qua fit mētio in tertio Regum capite. 15. Terribilis ſicut caſtroꝝ acies ordinata: ſic i latino, i græco ſic θάμβος ὡς τεταγμέναι hoc ē pauor ſicut ordinatæ. ſ. acies. In hebræo aūt ſic. Terribilis ſicut uexillatæ acies, & caſtra. Et ſenſus eſt: ꝙ catholica Romana Eccleſia non ſolum eſt pulchra ſicut Thirſa, & ſicut prima hieruſalem, uerum etiam eſt & terribilis, & timēda ſuis inimicis, ſicut uexillatæ acies. Quæ, ex quo unum habent uexillum, & unum ducem, quem ſequuntur, ſunt unanimes, & unius ꝓpoſiti, ac uoluntatis, & propterea terribiles, & inimicis ſuis formidoloſæ, ſic & Romana catholica eccleſia ſub uno uexillo Xp̄i, & unico duce ſuo Romano maximo Pōtifice militans: qui paſtor, & dux eſt acierum, ideſt omnium eccleſiarum mundi, eſt ſuis inimicis terribilis, & timenda. Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerunt: ita in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic. Auerte oculos tuos a me, quia ipſi præualuerunt in me. Hoc dicit ſignificās ſe ex aſpectu ſponſæ tāto amore affici, ut impatiens amoris eam amplius intueri nequeat. Propterea ut quantum Eccleſiam ſuam Catholicam Romanam amaret, & amaturus eſſet, oſtenderet, inquit ad ipſam ſic. Auerte oculos tuos a me, quia ipſi præualuerunt, & fortificati ſunt in me, ita ſubaudi, ut eos reſpicientes in me pati nequeam. Poſt hæc uero more amantiū incipit deſcribere pulcherrimam formam ſuæ ſponſæ Romanæ catholicæ eccleſiæ. Et ad eius unitatē, & fortitudinem contra inimicos, quas uirtutes ei in primis præ uetere hieruſalem tribuit, addit & omnes alias uirtutes, omniaq; alia ornamenta, quæ ſupra eidem ueteri Hieruſalem tribuerat. Ex qua quidem repetione uerborū manifeſtum eſt, de noua hæc dici hieruſalem catholica eccleſia, & nō de uetere, quam ſupra eiſdem ſpecialiter uerbis commendauerat. Dicit itaq; (ut ſupra dixerat) ſic. Capillus tuus ſicut grex caprarum: quæ pexæ ſunt de Gilhad: hoc eſt, Capillus tuus nitidiſſimus, & pulcherrimus, qualis eſt capillus

Digitized by Google

gregis caprarum:quæ deſcendunt de monte gilhad, & allegorice per capillum ſponſæ intelligit ſingulos etiam minimos de eccleſia:quorum capilli capitis numerati ſunt apud deum. Dentes tui ſicut greges ouium,quæ aſcenderunt de lauacro,omnes gemellis fœtibus,& ſterilis non eſt in eis. Sic in omnibus tribus linguis:niſi quia pro ſicut greges ouium in hebræo habet,ſicut grex ouium,& pro ſterilis,non eſt,orbata non in eis. Dentes tui ſicut grex ouium hoc eſt candidi,& eiuſdē moderatæ æqualitatis ſicut grex ouium: quæ aſcē derunt de lauacro:hoc maxime pertinet ad candoré,& pulchritudinem earum ouium,quæ omnes parientes gemellos,hoc eſt æquales,& eiuſdem ſtaturæ. Ex eo enim,ꝙ matres ſunt gemellorum,datur intelligi,ꝙ & ipſæ fuerint gemellæ. Et orbata non in eis: hoc eſt,& non eſt inter eas aliqua cum defectu. Dentes tui ſicut grex ouium: allegorice per dentes Sponſæ intelligit fortiſſimos,& primarios eccleſiæ,quos potiſſimum deſignat per gregē ouium,& nō per gregem aliorum fortiorum animalium. Ad ſignificandum eos uiros eſſe ſimiles ouibus,non ſolum per dentes,ſed & per omnes alias partes,quæ totæ laudabiles,& utiles ſunt ad miniſterium domus dei. Nam lana ouis neceſſaria fuit ad ꝯficiendum hyacinthinum uelum Tabernaculi; Caro eius ad Sacrificia. Cornua ad ſonandum,& conuocandum populum. Loco quorum in catholica Eccleſia ſucceſſerunt Tintinabula. Tibiæ ad muſica inſtrumenta conficienda in templo. Viſcera ad conficiendas citharas. Et pellis earum ad conficiendum Tympana. Vnde recte Scriptura dentes Spō ſæ aſſimilat gregi ouium,& non aliorum animalium. Gentes autem, quæ ignorāt deum Iſrael,tanꝗ improbas,& inutiles aſſimilat ſæpe ipſis canibus: quorum membra nulli uſui ſunt. Sicut cortex mali Punici: genæ tuæ abſqꝫ occultis tuis. Ita in utraqꝫ lingua:præterꝗ qđ in græco pro abſqꝫ occultis tuis, habetur ſic, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου hoc eſt,extra ſilētium tuum. In hebræo autē ſic,ſicut fruſtum mali granati tempus tuum deintra crinē tuum, ſiue uelum tuum. Sicut fruſtum mali granati,qđ ſcilicet a parte exteriori eſt rubrum,& in interiori plenum multis dulcibus granis. Vnde per tempus ſponſæ,quod hebraice dicitur raccah,hoc eſt uacuum ſcilicet carne,allegorice ſignat etiā minimam,& inanem partem filiorum ſponſæ debere eſſe plenos multis meritis,ſicut malum granatum eſt plenum multis granis fructus ſui.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
SExaginta ſunt Reginæ:& octoginta Cōcubinæ,& Adoleſcentularum nō eſt numerus. Vna eſt columba mea,perfecta mea,una eſt matri ſuæ,electa genitrici ſuæ. Viderūt eam filiæ ſion:& beatiſſimam prædicauerunt,reginæ, & ꝯcubinæ & lau	Sexaginta ſunt Reginæ & octoginta Concubinæ & Adoleſcentularum non eſt numerus. Vna ipſa columba mea,perfecta mea, una ipſa matri ſuæ. Electa ipa genetrici ſuæ Viderunt ipſam filiæ, & beatificauerunt eā reginæ, & concubinæ,&

Digitized by Google

dauerunt eam: laudauerunt eam.

SExaginta ſunt Reginæ & octoginta Concubinæ & Adoleſcentularum non eſt numerus. Ita in omnibus tribus linguis. Poſteaq̃ ſponſus Chriſtus multis laudibus extulit ſuam dilectam Catholicam Romanam Eccleſiã: & primum ab egregia eius forma, & uenuſtate generaliter. Deinde ab eius terribilitate contra inimicos: & poſtea ſpecialiter a pulchritudine ſuorum mẽbrorum. Comparauitq; eam pulcherrimis ciuitatibus Thirſæ, & Hieruſalẽ. Nunc pergit laudare eam & de animi eius pulchritudine, & integra, ac perfecta in ſe ſponſum fide, & charitate. Idq; facit maxime præferendo eam ſynagogæ & omnibus animabus, quæ a principio ipſi ſponſo per fidẽ & amorem adhæſerunt, Dicens, Sexaginta ſunt Reginæ & cætera. Senſus eſt. Animæ, quas uehementer dilexit Chriſtus a principio ut ſpõſas, & legitimas cõiuges, & reginas: ex quibus conſtituta eſt Synagoga, fuerunt ſexaginta numero. Et rurſus Nationes, quas Chriſtus non ut legitimas ſponſas, ſed ut concubinas dilexit, ſunt octoginta. Et per ſexaginta Reginas intelligit primum patrem omnium iuſtorum, & amicorum Dei Abraam: & deinde omnes, qui de femore ipſius Abraæ proceſſerunt: qui fuerunt ſexaginta numero. Et cõputantur ſic, Abraam, & filii eius, quos ſuſcepit ex Chetura ſexdecim. Iſmahel, quem genuit ex Agar, & filii eius, tredecim. Iſaac, quem genuit ex Sarah, & filii eius tres. Filii Iacob duodecim. Filii Eſau (ut habetur Paralipo. 1. capite) ſexdecim. Ecce ſexaginta. Per octoginta Concubinas, uero intelligit, Noe, & filios eius, & omnes generationes quæ a diluuio uſq; ad Abraã ab ipſo Noe, & filiis eius ortæ ſunt. Quorum generationes fuerunt octoginta: quæ non tantum dilectæ a Deo, quantum generationes Abraæ, Concubinæ uocantur metaphorice a ſcriptura. Et Adoleſcentularum non eſt numerus: hoc eſt, & aliarum familiarum, & generationum: quæ non acceſſerunt ad amorem reginarum: neq; concubinarum. Et iſtæ fuerunt omnes generationes gentium, quæ ortæ ſunt a ſexdecim prædictis generationibus Eſau, uſq; ad Aduentum Chriſti Meſſiæ. Quæ quidem generationes (ut diximus ſupra) dictæ ſunt Adoleſcentulæ. Ex quo immaturæ uiro non cognouerunt ipſum ſponſum Chriſtum uſq; ad aduentum eius. In quo quidem aduentu factæ iam maturæ uiro per maximam earum fidem, & charitatem meruerunt ipſi ſponſo Chriſto nubere, & in amore, & dignitate etiam ipſis reginis præferri: & Catholicam romanam eccleſiam ipſa Synagoga longe præſtantiorẽ chatioremq; ipſi ſponſo conſtituere. Quod ſatis aperte indicat hic ſponſus per ea, quæ ſubiungit dicens. Vna eſt colũba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Ita in archetypo hebraico, & utraq; tranſlatione. Vna eſt columba mea, quaſi diceret, etſi ſexaginta fuerint Reginæ a me admodum ut legitimæ ſponſæ dilectæ: & octogita cõcubinæ. Nihilominus una eſt nunc Regina catholica Romana eccleſia, quam unice, & magis om-

nibus aliis,& reginis,& concubinis diligo. Et uocat eam columbam,& per/
fectam. Columbã quia ſicut columba non niſi proprio adhæret uiro,& nũq̃
alieno: ſic & Romana eccleſia nunq̃ diis alienis, aut improbiſſimis hæreti/
cis adhæſit. Et uocat eam inſuper perfectam, ſcilicet ĩ amore,& charitate er/
ga ſe ſponſum: quod martyrio,& ſanguine tot millium martyrum, qui ultro
pro Chriſto ſe ſe in acerbiſſimos cruciatus, & horrenda ſupplicia, & mortẽ
obiecerunt, ſatis comprobatum eſt. Vna eſt matri ſuæ electæ genitrici ſuæ.
Vna eſt. ſ. Catholica romana Eccleſia matri ſuæ Hieruſalẽ, quæ eſt eius ma
ter, ex quo ei, ut filia ſucceſſit in ſempiterna ſponſi Chriſti hæreditate. Inſu
per & in primatu,& dignitate. Vnica. n. eſt Chriſti catholica Romana eccle
ſia: quæ eſt mater cõmunis omnium fidelium,& nõ plures eccleſiæ. Et unus
paſtor totius orbis Chriſtiani Romanus Pontifex: & nõ plures Paſtores, So
li enim Petro tranſiturus Chriſtus ad patrem cõmendauit ſuas oues Ioãnis
capite. 21. dicens. Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei etiam domine
ſcis quia amo te. Dicit ei Paſce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon Ioannis
Diligis me? Ait illi, etiam domine. tu ſcis quia amo te. Dicit ei iterum, Paſce
agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Ioannis amas me? Cõtriſtatus eſt Petrus,
quia dixit ei tertio amas me,& dixit ei. Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia
amo te. Dicit ei: Paſce oues meas. Ex his manifeſtum quidem ẽ ſolum Petrũ
eſſe conſtitutum a dño paſtorem ſuarum ouiũ: ac proinde omnes oues Chri
ſti quæ ſunt in uniuerſo mũdo eſſe ſub cura & regimine ſolius Romani põ
tificis legitimi & indubitati ſucceſſoris Petri, Cui inſup ſoli ex oĩbus apoſto
lis tradidit Chriſtus & claues regni cœlorum, Cum reſpõdens ad eum dixit.
Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi. ſed pater
meus qui in cœlis eſt: & ego dico tibi: quia tu es Petrus,& ſuper hanc petrã
ædificabo eccleſiam meam. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eã.
Et tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcũq; ligaueris ſuper terram, erit
ligatum & in cœlis: & quodcũq; ſolueris ſuper terram: erit ſolutum & in cœ
lis Matthæi capite. 16. Electa genitrici ſuæ. Electa. ſ. Romana eccleſia a ſpon
ſo ſuo Chriſto & ſuper Petrum petram ædificata. Genetrici ſuæ ſcilicet Ec/
cleſiæ hieroſolymitanæ cui ut filia ſucceſſit. Viderunt eam filiæ ſion,& bea/
tiſſimam prædicauerunt, Reginæ & concubinæ & laudauerunt eam, Ita in
latino in quo abundat particula ſion, quod perſpici poteſt maxime per græ
cum interpretẽ, qui uertit ſic. ἴδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτὴν βασίλισσαι
καὶ παλλακαὶ αἰνέσουσιν αὐτὴν hoc eſt. Viderũt eã filiæ & beatificabũt eã, Reginæ
& concubinæ laudabunt eam. Et conſimiliter in archetypo hebræo. Vide/
runt eam filiæ & beatificauerunt eam. Viderunt eam, tempus præteritum ꝓ
futuro uidebunt, more prophetico, hoc eſt, uidebunt eam Romanam eccle/
ſiam filiæ inebriatam. ſ. amore & ſanguine IESV chriſti. Et beatiſſimam di/
cent eam. Et hoc fuit maxime in principio naſcentis fidei, Quando Petro &

Paulo

Digitized by Google

Paulo apoſtolis prædicātibus in urbe Roma Xp̄m crucifixum, tantus in breui factus eſt credentium romanoꝝ numerus, tantaq; proinde mox pro ea cōfeſſione Xp̄i ſecuta eſt eoſdem Romanos ab immaniſſimo Nerone imperatore perſecutio, tanta ruina, tantaq; ſtrages, ut fama Romanoꝝ pro Chriſto ultro ac ſpōte occiſoꝝ increbreſceret per uniuerſum mundum. Quam ob rem idem Paulus apoſtolus doctor gētium ſentiens ſe admodum a tali ac tāta fama Romanoꝝ martyꝝ chriſti adiutum ad ꝓpagationem euangelii, qđ prædicabat, ſcribens ad eoſdē Romanos poſtea ſic inqt. Gr̄as ago deo meo ꝑ IESVM Xp̄m quia fides ur̄a annunciaṫ in uniuerſo mundo. Vnde nō mirū, ſi meruit apud Xp̄m Dn̄m fides Romanoꝝ Petrum ipſum principē apoſtoloꝝ habere paſtorem: ut ꝑ eius cathedrā oēs eccleſiæ mundi Romanā eccleſiam matrē ſuā eſſe agnoſcerent: ſicut factū eſt a principio fidei ab oibus nationibus mundi, & in primis a natione Germanoꝝ, qui ſummos romanos pontifices, a qbus ad fidem Xp̄i uocati, & ad oues eius aggregati ſunt, ſemꝑ coluerunt. Et ſi his tēporibus dederint maculā in gloria eoꝝ. Hoc eſt ergo (ut ad rem redeamus) quod dicit ſponſus Xp̄s, uiderunt eā filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt, & reginæ, & ꝯcubinæ, & laudauerunt eam. Et reginæ, hoc eſt, & filiæ reginarum, ideſt & animæ, quæ ex ſemine Abraæ, Cōcubinæ ideſt animæ, quæ ex generationibus Noe, hoc eſt & hebræi, & gentes, ex q̄bus ſimul congregata eſt catholica eccleſia laudauerunt pro laudabunt eam Romanam eccleſiam, quod completum eſſe conſpicimus a mille & quingentis ferme annis: quibus totus Chriſtianus orbis Romanum pontificem ut numen quoddam uenerans non niſi Papam, quæ admirationis, & ſtuporis eſt utriuſq; linguæ particula, appellat, & ut Chriſti, & Petri uices gerentem ſuſpicit, & admiratur: Romanamq; eccleſiam frequētat: & propter beatiſſima Petri principis aſtoloꝝ, & Pauli doctoris gentiū oſſa ueneraṫ, & colit. Vnde & ſuperiore anno tempore felicis memoriæ Adriani. vi. pontificis maximi, ut etiam quæ notiſſima ſunt, referamus: uidimus nuncios miſſos ex Syria a monte Libano a Reuerendo dn̄o Petro Patriarcha Antioceno: totaq; natione Maronitarum in hanc Vrbem Romam cum Epiſtolis literis Chaldaicis conſcriptis ad ſummum Romanum pontificē: quibus in latinum uerſis difficile dictu eſſet, quantopē idem Patriarcha, totuſq; clerus, & populus eius Maronitaꝝ ſeſe ſummo Romano pontifici ſubmittebat: aſſeuerans ſe nō cognoſcere, nec habere aliū ſupiorē, neq; aliū patrē, & dn̄m in terris, niſi ſolum Romanū Pontificem: quem firmiter ſe dicebat credere eſſe legitimū, & uerum Petri principis apoſtolorum ſucceſſorem, uerumq; totius gregis Chriſti paſtorem. Operepreciū eſt etiam commemorare, quando in hoc incidimus. Quæ ego tanta rei nouitate ualde admiratus inſtantiſſime illos duos nuncios, cum quibus ob Chaldaicam, quam illi maxime callebant linguam, magna mihi fuit familiaritas, memini me interrogare quænam

Digitized by Google

ſcilicet fuit neceſſitas, quæ illos impulit ut hoc potiſſimum tempore cum tanto ſuæ ſalutis diſcrimine, tantoq́ labore, & ſumptu de extremis partibus Syriæ a mōte libano Romā uenirent, maxime cū non multo ante primo anno. ſ. felicis memoriæ, Leonis. x. & alii nuncii ab eodē Patriarcha miſſi uenifſent, & obedētiā eidem Romano ſūmo Pontifici præſtitiſſent. Ad quod illi ſic reſpondebant. Patriarcham ſenio iam confectum propediem moriturū miſiſſe eos in hāc urbem Romā ad eundem ſummū Romanū pontificem pro ſola eius benedictione impetranda. Quod ita eſſe poſtea oculata fide cōſpeximus. Nam præſtita per eos de more obedientia ſummo pontifici Adriano, nihil aliud ab eo, niſi literas, quibus Patriarcham ipſum antiocenum, & eius clerum, populūq́ ſuum Maronitarū benediceret, habere procurauerūt, Quibus habitis tanq̄ magno acquiſito theſauro, mox ex urbe profecti ſunt feſtinātes ad dn̄m ſuū Patriarchā, ut eiuſdē ſūmi Romani Pōtificis bn̄dictionē anteq̄ diē ſuū clauderet, ei denūciarēt, i q̄ ille maximam ſuæ ſalutis ſpem repoſitam haberet. Sed hactenus.

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
QVæ eſt iſta, quæ ꝓgredit̄, quaſi aurora ꝯſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorū acies ordinata.	Quæ eſt iſta, quæ deſurſum reſpicit ſicut aurora, pulchra ſicut luna, electa ſicut ſol, terribilis ſicut uexillatæ.

QVæ eſt iſta q̄ ꝓgredit̄ q̄ſi aurora ꝯſurgēs: ita in utraq́ tranſlatione. In hebræo aūt ſic. Quæ eſt iſta q̄ deſurſum reſpicit ſicut aurora. Quæ eſt iſta. Hæc reſpōdēt ad ea, q̄ dixit ſupra. Viderūt eā filiæ, & btiſſimā ꝑdicauerūt, & ob magnā admirationē, & ſtuporē gl̄iæ matris earū, ſubaudi dixerūt. Quæ eſt iſta, q̄ de ſurſum reſpicit ſicut aurora, pulchra ut luna, electa ut ſol. & reliq. Cōparāt filiæ matrē Romanā apl̄icā eccl̄iā trib⁹ magnis luminarib⁹ Auroræ. ſ. & lunæ, & ſoli. Et primū cōparāt ipſam auroræ, qa ſicut aurora in tpe matutino nō magnū, lucentiſſimū tn̄, ac ab oībus nubeculis expeditiſſimū dat lumē, Sic & Romana eccl̄ia in principio fidei incipiēs tūc primū elucere, nō maximū, at ſatis clarū tn̄ ꝑſtabat mundo fidei IESV xp̄i lumē. ita ut apl̄us Paulus gr̄as agēs deo de fide Romanorū, ſcribēs ad eoſdē diceret, Primū qdē gr̄as ago deo meo p IESVM xp̄m ꝓ oībus uobis, qa fides ur̄a annūciat̄ in uniuerſo mūdo. Deinde cōparāt filiæ matrē ſuā Romanā eccl̄iam ipſi lunæ: unde ſignificat̄ incremētū, qđ mox accepit eccl̄ia: q̄ in principio illuceſcēs ſicut aurora, poſtea ꝓpagata in oēm terrā, cœpit lucere ſicut luna, nō tn̄ ſicut ſol, q auroræ īmediate ſuccedit, ſed ordine ꝑpoſtero ſicut luna, & tertio loco (ut dicemus) lucebit ſicut ſol. Et recte, ac uere comparatur Romana catholica Eccleſia ipſi Lunæ in ſuo ſtatu longe, lateq́ propagato, quia ſicut luna lumē nō habet ex ſe, ſed accipit illud a ſole, Sic eccl̄ia lumē nō habens ex ſe, accipit illud a uero ſole IESV Chriſto. Et ſicut interdum Luna

per aliquod interpoſitum impedimentũ non illuminata a ſole obſcurat, ſic
& eccleſia ſæpe per impedimẽta peccatorum non illuminata a Chriſto rema
net obſcura,& ſine lumine. Itẽ ut luna ſæpe obducta nubeculis ,nõ dare po
teſt lumen ſuũ, Sic & eccleſia ſæpe obducta nubeculis hæreticorũ, non dare
poteſt omnibus lumen ſuũ. Item ut luna per ſingulos menſes deficiens inno
uatur, ſic & eccleſia ſæpe cõculcata ab hæreticis,& prauiſſimis filiorum eius
moribus,poſtea inſtauratur. Electa ſicut Sol· Comparat tertio loco Eccleſia
maximo luminari Solis: ad ſignificandũ ſtatum eccleſiæ ultimũ. Cum ſupe/
ratis omnibus & tyrannorũ,& hæreticorum perſecutionibus lucebit per to/
tum mundũ ,non amplius ſicut luna luminare minus, Sed ſicut Sol lumina/
re maius, Et tunc per magnũ lumen eius fiet(ut ipſe dñs dixit)unum ouile,
& unus paſtor. Terribilis ut caſtrorum acies ordinata. Ita in latino,in græco
aũt ſic. θάμβος ὡς τεταγμέναι ·hoc eſt ſtupor ſicut inſtructæ. ſ.acies. In hebræo
autem ſic. Terribilis ut uexillatæ. ſ.acies. Quia ſicut Luna , hoc tempore eſt
eccleſia ſubdita defectibus. In quos per multiplices , quos habet inimicos,
ſæpiſſime incurrit· Propterea ſubdit ſcriptura, aſſerens eccleſiam poſſe ſu/
perare,& uincere omnes defectus ,omneſq; ſuos inimicos,ex quo terribilis
ut uexillatæ,atq; inſtructæ acies :quæ ſub unico militantes uexillo, unicoq;
duce,quẽ unanimiter ſequunt,terribiles,ac formidoloſæ ſunt ſuis inimicis·
Sic &catholica eccleſia ſub uno militãs uexillo crucis,unoq; duce, ac paſto
re Romano põtifice,eſt inimicis ſuis terribilis,& formidoloſa , ſicut caſtrorũ
acies uexillatæ,atq; ordinatæ. Et recte uereq; inſtructis aciebus cõtra multi/
plices inimicos militantẽ ſcriptura hic catholicã Romanã cõparat eccleſiã:
Ex quo ſicut non uincũt acies,quæ diuiſæ ſunt inter ſe ,& nõ unũ ſequunt
uexillũ,unũq; imperatorem, Sic non uincit catholica Romana eccl'ia & uiſi
biles & inuiſibiles , quos habet inimicos : niſi ſub uno militauerit uexillo
crucis,unoq; paſtore ſũmo Romano pontifice ,ex quo patet q̃nta eſt recẽtiũ
lutheranorũ hæreticorũ prauitas,atq; puerſitas: q ab ordinatis , inſtructiſq; p
Xp̃um aciebus eccl'iæ ſuæ Petrũ eius principẽ,atq; paſtorem, ſuoſq; ſucceſ/
ſores eripere ſtudentes,ipſas acies Xp̄i ordinatas pturbant , atq; diſſoluunt:
eaſq; acephalas·i.ſine capite ꝯſtituentes,ad diſſidiũ,prædã,atq; eſcã inimico
rũ obiiciũt. Propterea & iniq̃ſſimi ſunt, & nõ intelligẽtes ſcripturas , cæci &
duces cecorũ.

Vetus tranſlatio·	Noua tranſlatio·
DEſcendi in hortũ nucũ,ut uide rẽ poma ꝯualliũ,& inſpicerẽ ſi floruiſſet uinea,& germinaſſẽt mala punica. Neſciui Aĩa mea ,cõturbauit me ꝓpter q̃drigas Aminadab. Reuer tere reuertere Sunamitis. Reuertere reuertere ut intueamur te.	Ad hortũ nucis deſcẽdi,ad uidendũ fructus ꝯuallis,ad uidendũ ſi floruit uitis , gemmauerunt mala granata. Nõ noui aĩa mea poſuit me q̃drigas populi principis. Reuertere,reuer tere haſſulammith reuertere , reuer tere,& reſpiciemus in te.

DEſcendi in hortum meum, ut uiderem poma conuallium: ita in utraq; tranſlatione in ſenſu: in hebræo autem ſic. Ad hortum nucis deſcendi ad uidendum fructus conuallis, ſi floruit uitis & gemmauerunt mala granata. Deſcendi in hortum nucis: Verba ſunt Chriſti ſpõſi, & reſpondent ad id, quod ſupra dixerat. Veni in hortũ meum ſoror mea ſponſa, collegi myrrham meam cum aromate meo: ſic & nunc inquit, Ad hortum nucis deſcendi Et dicit deſcendi præteritum pro futuro Deſcendam in hortum nucis, hoc eſt in populum meum Iſraeliticum: quem metaphorice appellat hortũ, ex quo ſicut in horto plantantur arbores ad fructificandum: ſic & nos plantati ſumus in domo domini in eccleſia eius ad producendum fructus. Vnde dicit ſcriptura, Omnis arbor non faciens fructum excidetur, & in ignẽ mittetur, & reliq. Et per quam proprie, & elegãter appellat hortum nucis, & nõ alterius arboris, ex quo fructus Nucis ualde ſimilem cum fructu eccleſiæ & cuiuſlibet animæ habet naturam: Nam ſicut fructus nucis mira quadam arte reconditus intra prædurum corticem non ſeſe oſtentat, & ſtatim omnibus offert, ut fructus cæterarum arborum, ſic & fructus eccleſiæ, & uniuſcuiuſq; fidelis non patens, & in propatulo eſt, ſed abſconditus, & ſoli Deo cognitus. Præterea aſſimilatur fructus Chriſtianorum potiſſimum Nucibus, & non aliarum arborum fructibus. Ex quo ſicut fructus Nucis per ſuum corticem, quo tegitur cum ab arbore cadit ſupra lutum non fœdatur. Sic & fructus fidelium per Spiritum ſanctum, quo cuſtoditur nullis ſordibus inquinat̃. Ad hortum Nucis deſcendi ad uidendum fructus conuallis. Fructus conuallis, hoc eſt eiuſdem horti, qui eſt in conualle, ideſt in hoc mundo: qui dicitur, lachrymarum uallis. Si floruit uitis, ſi gemmauerunt mala granata, ſi floruit uitis, hoc eſt, ſi Sacerdotes allegorice, & leuitæ floruerunt, & fructum producere cœperunt. Si gemmauerũt mala granata, hoc eſt, et ſi alii de populo gẽmas dare inceperunt. Neſciui, ſiue (ut in hebræo) Non noui. Cum dixiſſet ſponſus Chriſtus ſe deſcendiſſe in hortum. i. in domum iſrael, ad uidendum fructus eius. Reſpondet ſponſa dicens, Neſciui. ſ. te Chriſtum ſponſum deſcendiſſe ad me in hortum. Hoc ſpectat maxime ad illud euangelicum uerbum, quod dixit dñs ipſi ſponſæ, cum ueniſſet ad eam. Quia ſi & tu cognouiſſes tempus uiſitationis tuæ, & cætera. Anima mea conturbauit me ꝓpter q̃drigas Aminadab, ita in latino. In græco ſic. ἡ ψυχή μου ἔθετό με ἅρματα ἀμιναδάβ hoc eſt. Aĩa mea poſuit me q̃drigas Aminadab. In hebræo aũt ſic. Anima mea poſuit me q̃drigas populi prĩcipis. Hãmi nadib. n. duæ hebraicæ dictiones ſunt, q̃s & græcus, & latinus interpres putãtes eſſe unã, & ꝓpriũ nomen alicuius hoĩs, nõ uerterũt. Nos aũt uertimus populi principis. Et ſenſus ẽ ſm̃ Rabbi ſelomonẽ ĩ ſuis cõmẽtariis. Aĩa mea, hoc eſt iniq̃ & ꝑuerſa mea uolũtas poſuit me q̃drigas populi principis, hoc eſt, ipſaꝝ gẽtiũ. Et ſic etiã & nos exponim⁹. Quia cũ nõ cognouiſſet ſpõſa (ut ipſa dixit) uiſitationẽ ſuã, hoc

eſt,nõ cognouit ſpõſum ſuũ Chriſtũ,q ad ipſam uiſitãdã deſcendit: aĩa ſua, hoc ẽ pũerſa,& iniq̃ ei⁹ uolũtate negãdo,& occidẽdo Xp̃um poſuit ſe ipam q̃drigas,& ſellam,hoc eſt ſubditam populi principis.ſ.Romani,cũ dixit,Nõ habemus regem niſi Cæſarem. Reuertere,reuertere Sunamitis,reuertere,reuertere,ut intueamur te. Ita in utraq; tranſlatione. Et cõſimiliter in hebræo: niſi quia pro Sunamitis,quod corruptum eſt in utraq; lingua,in archetypo extat ſic haſſulammith, Et ꝓ ut intueamur te. In hebræo eſt, & reſpiciemus in te. Reuertere reuertere haſſulammith,& cætera. Cũ dixiſſet ſponſa ſynagoga prophetans quod futurum erat,ſe ſua iniqua uolũtate, non nouiſſe uiſitationem ſuam,& Chriſtum ſponſum uiſitantem ,& ſic negando & occidẽdo ipſum Chriſtum poſuiſſe & ſubiugaſſe ſe ipſam in ſellã & quadrigas populi principis hoc eſt in ruinam & perpetuam præſentem Romanã eius captiuitatem. Ad hæc reſpondens ſponſus Chriſtus ,& ipſe prophetat, hoc eſt prædicit uerba,quæ in aduentu ſuo quotidie in templo prædicãs, & ſe chriſtum Meſſiam eſſe aſſerens,& operibus comprobãs ,ad ſponſam ipſam erat clamaturus dicens. Reuertere,reuertere ad me ſcilicet ex iniquiſſima pertinaciſſimaq; tua rebelliõe. haſſulammith reuertere ,reuertere & reſpiciemus in te: ideſt & parcemus tibi. Hæc ſunt uerba quæ per tres ãnos cum dimidio prædicans Chriſtus ad eandem ſponſam ſynagogam clamabat. Vnde ex q̃ter inculcata repetitione uerbi reuertere, facile perſpici poteſt: quanto ſtudio,quanto ue affectu conatus eſt Chriſtus reuocare ſponſam ſuam gentem iſraeliticam a pertinaciſſima eius rebellione: promittendo ei ueniam ſuorũ peccatorum ,inferẽdo & reſpiciemus in te. At illa indurata,& in ſua pertinacia: perſeuerans ad hæc reſpõdebat ſicut ſequitur inferius. Hic eſt ſenſus p̃dictorum uerborum,Nunc operepreciũ eſt, diſcutere prædicta uerba, Et in primis uerbum haſſulammith:quod & in latino,& in græco corrupte legitur Sunamitis. Vnde Nicolaus de Lyra turpiter lapſus eſt,dicẽs,haſſulammith quo nomine appellatur hic ſynagoga ſpõſa,dici a ciuitate nomine Suna,quod falſũ eſt. Nam etſi a ciuitate Sunem in qua(ut ipſe inquit) ſæpe hoſpitabatur Heliſeus dicta eſt Sunamitis mulier illa quæ eundẽ Heliſeum hoſpitio recipere conſueuerat. Item & puella Abiſag quæ adducta fuit ad Regem Dauid ad calefaciendum ipſum in ſua ſenectute ,Non propterea uerũ eſt,quod ipſe dicit & haſſulammith de qua agitur hic: deduci cõſimiliter ab eodem nomine ciuitatis Sunem. Quia etſi in latina tranſlatione non fiat differẽtia in ſcriptura inter tres iſtas Sunamites mulieres: in hebræo tamẽ multum inter eas intereſt. Quia prędictæ duæ mulieres hoſpita ſcilicet Heliſei, & puella Dauid. Scribuntur ſic Sunamitis,per.n. hæc uero de qua agitur hic,ſcribitur per L ſic Sulamita: & propterea demiror Nicolaum de Lyra non reſpexiſſe in hebræo hanc differentiã: ex qua liquido conſtat hoc nomen Sulammith eſſe longe diuerſum a prędictis: Deducitur enim hoc ſe

Digitized by Google

cundum Doctum Rabbi, Abraam, Abenezra in ſuis commentariis non a ci uitate Sunem ut dictus Nicolaus ſatis inconſiderate dixit. Sed ab hebraica dictione Salem: quod fuit primum & ſimplex nomen ipſius ciuitatis Hieruſalem. Sic.n. uocata eſt ea ciuitas in principio, quando in ea regnabat Melchiſedech. Vnde Scriptura Geneſeos capite. 4. ait. At uero Melchiſedech rex Salem proferens panem & uinum (erat enim Sacerdos dei altiſſimi) benedixit ei: & cætera. Et rurſus Dauid pſal. 76. aſſerens hanc ciuitatem Salem elegiſſe ſibi Deum in habitaculum ſuum: dixit, Et factus eſt in pace locus eius: quæ uerba in hebræo habentur ſic. Et factus eſt in Salē locus eius. Vnde Salem cum ſit proprium nomen ipſius ciuitatis ſanctæ, & ſi pacem ſignificet latine: non tamē debuit mutari. Ab hoc igitur nomine Salem ſecundū eundem doctorem Rabbi Abraam per mutationem punctorum ſcilicet Camez, quod ſonat aleph in uau, & aſſumpta terminatione fœmininorū nominum ith fit Sulammith: & aſſumpta littera he noticiæ in principio, fit haſſulammith: id eſt haſſulammitha latine, ideſt res ex Salem ciuitate, ſicut nos dicimus a Roma romana ſcilicet res. Hæc eſt illa maxima ciuitas Salem, cui poſtea ad denotandum, ꝙ per ipſam ciuitatem uiſurus eſſet mūdus pacē apud deum, a quo per peccatum primi parentis rebellando longe receſſerat, additum fuit ei uerbum ieru, hoc eſt uidebunt: & ſic dicta eſt Hieruſalem, hoc eſt uidebunt pacem homines. ſ. apud deum factam in ipſa ciuitate per Chriſtū. Qui in ea pati uoluit pro nobis. Ex his itaqꝫ manifeſtum eſt, Synagogam ipſam congregationem patrum hebræorum denominatam fuiſſe a Hieruſalem Metropoli, & matre ciuitate totius iſrael. Quæ (ut diximus) figura fuit nouæ hieruſalem urbis Romæ, unde cum Synagoga, & congregatio patrū hebræoꝝ denominata fuerit a Salem ſulammith, merito ergo & eccleſia Chriſti denominatur a Roma romana: eūdē.n. locum obtinuit urbs Roma propter Petrum principem apoſtolorum: qui in ea ſedit, uixit, & paſſus eſt, quem obtinuit Salem, quæ poſtea & hieruſalem apud patres hebræos. Et ſi eccleſia romana dicta eſt etiam catholica. i. uniuerſalis. Ex quo totus mundus hoc eſt omnes fideles qui eiuſdem eccleſiæ romanæ mēbra ſunt, faciunt ipſam eſſe catholicam. Ex eo enim quia una eſt omnium chriſtianorum Romana eccleſia, & non plures eccleſiæ, & unus tantum paſtor Romanus Pontifex, & non plures paſtores: Propterea eadē Romana eccleſia dicitur Catholica. i. uniuerſalis, & cōmunis oībus Xp̄i fidelibus, ſicut erat cōmunis, & uniuerſalis eccleſia hieroſolymitana oībus hebræis. Deſinant igiť delirare Lutherani hæretici: Qui de directo contra ipſum Ieſum Chriſtū impudentiſſime nitentes, qui dixit ad Petrum, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiā meam. ſ. Romanā, nō unā, ſed infinitas propemodū eccleſias confingunt: Et parimodo nō unum ſūmum paſtorem, ſed infinitos. Et quod maxime deteſtandum eſt, & cōmunionem fidelium tollunt, & unitatem, pro

Digitized by Google

qua ſpecialiſſime paſſurus dñs Ieſus orauit ad patrem, Ioannis.17. ca. dicens? Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo: quos dediſti mihi: ut ſint unum, ſicut & nos, & reliqua. Quã quidem eccleſiæ unitatem iidem hæretici prorſus diſſoluere conantur. Nam quæ unitas obſecro erit fidelium, ſi ſecundum eoſdẽ improbiſſimos hæreticos quot ſunt uillæ, & pagi in mundo, tot ſint principales eccleſiæ? & ſi quot præſbyteri, tot ſũmi ſacerdotes? & ſi quot capita, tot ſententiæ in eccleſia dei? Quomodo ergo non intelligũt inſenſati, & cæci Lutherani ſe cæcos, ac duces eſſe cæcorum. Nam ſi ſic uoluiſſet Chriſtus inſtituere eccleſiam ſuam, ut ipſi falſo cõminiſcuntur, & fingunt ut .ſ. quot oppida & ciuitates ſunt in mũdo, tot eſſent principales eccleſiæ: & quot epiſcopi, & preſbyteri, tot ſũmi ſacerdotes. Quare ergo ad ſolum Petrum dixit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & non ſimul omnibus ſuis chariſſimis apoſtolis dixit, uos eſtis petræ, & ſuper has petras ædificabo eccleſias meas. Inſuper et ſi omnes apoſtoli pares ſunt: & eandem habent ſinguli eorũ poteſtatem (ut ipſi falſo aſſeuerant.) Quare ſicut dixit ad ſolum Petrum, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcũq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcũq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum & in cœlis. Nõ dixit omnibus apoſtolis tunc præſentibus, & uobis dabo claues regni cœlorũ & cæ. Inſuper interrogo iſtos doctiſſimos homines Lutheranos hæreticos, qui ſoli uidentur in mundo ſapere. Quare cũ iam conſumaſſet omnia dñs IESVS poſt Reſurrectionem ſuam trãſiturus ad Patrem, & ſoli Petro præſentibus omnibus aliis apoſtolis commendauit oues ſuás tanto ſtudio, & affectu dicens. Simon ioannis diligis me plus his? dicit ei. Etiã dñe ſcis, quia amo te. Dicit ei. paſce agnos meos. Dicit ei iterum Simon ioãnis diligis me? Ait illi. Etiam dñe tu ſcis, qa amo te. Dicit ei iterũ. Paſce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon ioannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio amas me. Et dixit ei, Dñe tu omnia noſti, tu ſcis qa amo te. Dicit ei. Paſce oues meas. Hæc ſoli Petro dixit dominus oĩbus aliis apoſtolis tunc præſentibus. Quod ſi tantopere ſuas oues cõmẽdatas eſſe uolebat dñs, & omnes apoſtolos æqualem cum Petro habere uolebat poteſtatem in eccleſia ſua, (ſicut iſta noua præclara ingenia recentium hæreticorũ contendunt,) Quare non omnibus apoſtolis, ſed ſoli Petro ſignatiſſime expreſſiſſimeq;, cui & ſoli dederat claues regni cœlorum, ſuas oues cõmendauit Chriſtus dñs? At dicũt ſub perſona Petri intellexiſſe dñm & omnes alios apoſtolos. Hoc cõmentum tuum eſt o Lutherane, & non ex Euangelio. Vnde obſecro habes tu, ꝙ loquens dñs ad ſolum Petrum, loquebatur etiam & ad cæteros apoſtolos? niſi ex tuo abundãti, & falſiſſimo ſenſu. In quo in tuã perniciem, & ſempiternum interitum & tuum, & omniũ: qui te ſectant abũdas, An non legiſti illud ſapientiſſimi Selomonis præceptum: qui Eccleſiaſtes capite. 30. terribiliter comminatur dicẽs. Nõ addas quicquã uerbis illius,

Digitized by Google

& arguaris,inueniariſq; mendax. Non mirum igitur ſi iuxta hanc Salomo/nis ſententiam tu Lutherane addens ad uerba Chriſti argueris ab omnibus ſanæ mentis hominibus: inueniriſq; palam mendax, & ſimplicium & pauperum ouium Chriſti & ſeductor, & proditor. At Petrus rurſus inquis nũq̃ uenit in urbem Romam, & in hoc palam mẽtiris o Lutherane. Nam ex eo, q̃d non legitur in actibus Apoſtolorum ueniſſe in urbem Romam Petrum: ꝓpterea non ueniſſe te inferre, hoc eſt falſiſſimum: Cõſtat enim Euangeliſtas ſtudentes breuitati prætermiſiſſe geſta & ipſius dñi: dicente Ioãne, Et multa alia ſigna fecit IESVS, quæ nõ ſunt ſcripta in libro hoc, Quod ſi ipſius domini res geſtas prætermiſerunt Euangeliſtæ, quanto magis & ipſorum apoſtolorum? Sed quæro a te Lutherane ſi in urbem Romam (ut falſo aſſeris) non uenit Petrus, neq; in ea paſſus eſt, ubinam gentium & terrarum paſſus eſt Petrus? Aſſigna locum: non enim potuit tantus hõ, quem Chriſtus unice dilexit, & cui tradidit claues regni cœlorum, cuiq; tanto ſtudio, & affectu cõmendauit ſuas oues, latere in mundo. Quia (ut dñs ipſe dixit) ubi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. At dices mihi conſtare ex ſcriptis, & publica fama, Petrum ſediſſe in Antiochia, quod & nos fatemur. Sed nõ conſtat aliquo pacto Petrũ paſſum eſſe in Antiochia: ſed in urbe Roma. Quinimmo (ut diximus ſupra) quod te maxime confundit Patriarcha ipſe Antiocenus non niſi in hac urbe Roma, beatiſſima & Petri & Pauli oſſa ueneratur. & Romanum pontificem ut legitimum & uerum Petri principis apoſtolorum ſucceſſorem, agnoſcit & colit: & non ſe ipſum Petri ſucceſſorẽ ꝓfitetur. Ad hæc accedunt & alia certiſſima huius rei argumẽta & ſigna. Et primum ꝙ totus orbis Chriſtianus una ſententia a mille & quingẽtis annis ferme, & in primis Germania ipſa tota beatiſſima oſſa Petri & Pauli non niſi ĩ urbe Roma: ubi ad eorum paſſionis & martyrii memoriam duo ingentiſſima templa a Romanis Imperatoribus extructa ſunt colit & ueneratur. Deinde ꝙ & omnes Scriptores & græci & latini Petrum & Paulũ in urbe Roma paſſos fuiſſe tradiderunt. Tertio ꝙ & Chaldæi Syri, Antioceni: quorum aliqui Petrum ab Antiochia in urbem Romam ſequuti ſunt, de itinere & profectione Petri in Italiam ad eandem urbem Romam libros in eorũ lingua Chaldaica conſcripſerunt, quorum aliquos & ego harum rerum ualde ſtudioſus a dictis nunciis domini Patriarchæ Antioceni aſſecutus ſum. Sed de his hactenus redeamus nunc unde digreſſi ſumus. Reuertere reuertere haſſulammith & cætera, hæc uerba ſunt ſponſi Chriſti quæ prophetat hic ſe dicturum in aduentu ſuo ad ipſam ſuam ſponſam Synagogam dictam hebraice haſſulammith: quam nos latine dicere poſſumus Sulamitam: prætermiſſa prima ſyllaba, qui articulus emphaticus eſt: quo carent latini: & ſi ꝓ eo poſſemus ponere (ſicut mos eſt latinis) pronomen demonſtratiuũ ipſam. Et uocata eſt ſic Synagoga ut diximus ab ipſa Salem metropoli ciuitate quæ po/

Digitized by Google

ſtea dicta eſt Hieruſalem ſicut catholica Eccleſia a Roma dicitur Romana. Quæ quidem ſponſa Synagoga quia in aduentu Chriſti ad eam, præuaricatura erat ab ipſo ſuo ſponſo Chriſto, propterea Chriſtus hic ꝓphetat & prædicit uerba, quæ ad ipſam præuaricantem ſponſam in aduentu ſuo ad eam, erat clamaturus, Sicut ueniens poſtea & prædicans ei per tres annos cum dimidio clamauit dicens. Reuertere reuertere haſſulammith a tua præuaricatione. ſ. ad me. O haſſulammith. Reuertere reuertere & reſpiciemus in te reuertentem a tua pertinaciſſima rebellione. Et mire ac ſignatiſſime a numero ſingulari ſpõſus Chriſtus hic, tranſit ad pluralem dicens. Reſpiciemus in te: & hoc more ſuo facit ad denotandum pluralitatem ipſarum trium diuinarum perſonarum, quarum prius loquens in ſingulari unicam oſtenderat eſſe ſubſtantiam.

CAPITVLVM SEPTIMVM.

Vetus tranſlatio.

QVid uidebis in Sunamite niſi choros caſtrorum. Quam pulchi ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis. Iuncturæ feminum tuorũ ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis.

Noua tranſlatio.

Quid reſpicies in haſſulammith, ſicut choros caſtrorum, Quã pulchri fuerunt greſſus tui cum calciamentis filia principis. Vertebra femorũ tuorum ſicut precioſa, opus manuum artificis.

QVid uidebis in Sunamite niſi choros caſtrorum. Ita in latino. In græco autem ſic. πόψεσθε ἐν τῇ σουλαμίτιδι ἐρχομένη ὡς χόρος παρεμβολῶν. hoc eſt. Quid uidebitis in Sulamitide quæ uadit ut herba caſtrorum. In archetypo aũt hebræo ſic. Quid uidebitis in haſſulammith, ſicut choros caſtrorũ Quid uidebitis & reliqua, hæc uerba ſunt ſponſæ haſſulammith: quæ & ipſa prophetat ea uerba: quæ eſt reſpõſura ad chriſtũ ſibi prædicãtẽ, quæ ſunt uerba plena ſuperbiæ, incredulitatis & contumaciæ dicens. Quid reſpicietis in haſſulammith, & in hoc uerbo ſignat in hebræo accentus zacheph caton: qui uim habet intercidendi & ſuſpẽdendi orationem parumper. Quid reſpicietis, uerbum plenum arrogantiæ & contumaciæ. Quaſi diceret non eſt opus ut reſpiciatis in haſſulammith. Et poſtea ſubiũgit alia maioris contumaciæ & infidelitatis uerba: dicens. Sicut choros caſtrorum. Et ſenſus eſt, Non eſt opus me amplius obtundas dicens. Reuertere reuertere haſſulammith reuertere reuertere. Sicut choros caſtrorum, hoc ẽ uolo aliquod ſignũ a te de cœlo uidere. Sicut uidit Iacob pater noſter reuertẽs de domo Laban choros caſtrorum. ſ. Angelorum. Sicut ſcriptum eſt in lege Geneſeos. 32. ca. ubi ſic legitur. Iacob autem abiit itinere quo cœperat, fueruntq́ ei obuiam angeli dei: quos cum uidiſſet ait, Caſtra dei ſunt hæc: Et appellauit nomen loci illius Mahanaim, id eſt caſtra. De quorum quidem angelorum occurentium Iacob patri noſtro numero: diuerſæ fuerunt inter doctos ueteres he-

bræorum doctores opiniones. Alii enim dixerũt fuiſſe ſexaginta ribbo: hoc eſt ſexagies decem millia angelorum quæ ſunt ſexcenta millia angelorum. Alii uero dixerunt hos angelos fuiſſe centum & uiginti ribbo, hoc eſt duodecies centena millia angelorum. Vel reſpondebant iudæi ad Chriſtum, Sicut choros caſtrorum, hoc eſt oſtende nobis illos choros angelicorũ caſtrorum: quos uiderunt patres noſtri in mari Rubro. Hic eſt ſenſus, prædictorũ uerborum: ſicut & euenit poſtea, ut ſcriptum eſt in euangelio Iudæos dixiſſe ad Chriſtum, uolumus a te ſignum uidere. Quampulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis: ita in utraq; tranſlatione: in hebræo autem ſic. Quampulchri fuerunt greſſus tui cum calciamentis filia principis. Ad dicta uerba ſynagogæ reſpondens Chriſtus inquit. Quam pulchri fuerunt greſſus tui cum calciamentis filia principis. Senſus eſt O filia principis Abraæ q̃ pulchri fuerunt greſſus tui hactenus ſcilicet: cum calciamẽtis, & greſſus tui inquit cum calciamentis: hoc eſt greſſus & pedes tui fuerunt hactenus parati & accincti cum calciamentis ad ambulandum & iterfaciendum pro me in quaſcunq; aſperas & longas uias: quaſi diceret accincta eras cum calciamentis in pedibus ſubire omnia aſpera & aduerſa ꝓpter me, & nunc ita cõtumax & proterua facta es ꝯtra me. Et uocauit eã filiam principis Abraæ ut ſic eius petulãtiã & incredulitatẽ q̃rẽdo ſigna magis ꝯfunderet. Cum Abraã pater eius cũ ei polliceret̃ Deus ſemen in ſua ſenectute ex Sara uxore ſenio iam confecta, & Semen eius futurum ſicut ſtellas cœli, nihil in his heſitauit, nec ſignum aliquod petierit ſed credidit, teſte Scriptura, quæ Geneſeos capite. 15. ait. Eduxitq; eum foras & ait illi. Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi potes, & dixit ei, Sic erit ſemen tuum, credidit Abraam Deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Quod autem per id quod dicit filia principis itelligit de Abraam: patet ex Scriptura, quæ appellat Abraam ipſum principem Geneſeos. 23. capite. Cum inquit, Reſponderunt filii Heth dicentes. Audi nos dñe princeps dei es apud nos in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum. Iunctura feminum tuorum ſicut monilia quæ fabricata ſunt manu artificis ſic in latino. In græco autem ſic. ῥυθμοὶ μηρῶν σου ὅμοιοι ὁρμίσκοις ἔργῳ χειρῶν τεχνίτου hoc eſt: Numeri femorum tuorum ſimiles monilibus operum manuum artificis. In hebræo autem ſic. Vertebra femorum tuorum ſicut precioſa, opus manuum artificis. Vertebra femorum tuoꝝ & cætera. Poſteaq̃ incepit ſponſus laudare ſponſam a greſſibus cum calciamentis, ut par pari referret: hoc eſt ut ipſe ſponſus uiciſſim laudaret ipſam ſponſam ab omnibus ſuis mẽbris queadmodum ipſe fuerat ſupra ab ipſa Sponſa de omnibus ſuis mẽbris laudatus: Pergit nunc laudare ipſam de cæteris eius mẽbris. Et mirum ꝙ cum Sponſa laudauit ipſum Sponſum de omnibus ſuis membris incepit a capite dicens, Caput eius aurum optimum & reliq;: & deſcendit laudando eius mẽbra uſq; ad tibias. Sponſus uero nunc e contra laudaturus ſponſam de eius

Digitized by Google

pulcherrimis mẽbris,incipit a pedibus & procedit laudando uſq; ad caput. Et ratio utriuſq; ordinis eſt ſecundum doctores:quia ex quo intentio ſponſæ erat de ſummo cœlo deducere ſponſum ad ſe: propterea incepit a capite & deſcendit laudando uſq; ad tibias,Rurſus quia intentio Sponſi e contra erat ab ima terra exaltare Sponſam ſuam ſurſum ad ſummum cœlum: propterea laudans eam incepit ab infima parte:& aſcendens laudando proceſſurus eſt uſq; ad caput,ut dicetur. Propterea cum laudaſſet ſupra greſſus Spõſæ dicens. Quã pulchri fuerunt greſſus tui cum calciamentis & cætera: nũc ĩfert dicẽs. Vertebra femoꝝ tuoꝝ ſiue circuitus ſicut ꝑcioſa appoſitiue opus manuum artificis. Vertebra femoꝝ,laudaturus ſingula mẽbra Sponſæ non pretermittit laudare eius femora more amantium. Sed laudat ea comparans illa rebus precioſis. Vnde apparet laudare ſponſam de ſumma eius honeſtate: Ex quo dicit circuitus coxarũ eius eſſe ſicut precioſas. ſ.res:hoc eſt Spõſam ſemper tenere eius femora uelata & cooperta:& ad nullam ea exponere turpitudinem & laſciuiam:quemadmodum precioſæ res ſemper tenẽtur coopertæ & uelatæ ob earum precioſitatem. Item laudat ea ab eorum artifice q eſt ipſe Deus,dicens opus manuũ artificis.i.ipſius dei q eſt ſũmus artifex

Vetus tranſlatio.	Noua tranſlatio.
VMbilicus tuus crater tornatilis,nunq̃ indigens poculis. Vẽter tuus ſicut aceruus tritici, uallatus liliis. Duo ubera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.	Vmbilicus tuus crater Lunæ non deficiet potione. Venter tuus aceruus tritici circũſeptus uiolis. Duo ubera tua ſicut duo hinnuli gemelli Capreæ. Collum tuum ſicut turris eboris. Oculi tui fontes in in heſebon ad portum filiæ multitudinis.

VMbilicus tuus crater tornatilis nunquã indigens poculis ſic in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic. Vmbilicus tuus crater lunæ nõ deficiet potione. Pergit Sponſus ut cœpit laudare ſingula mẽbra ſuæ ſponſæ: & ſemper aſcendens laudat nunc eius umbilicum: quem laudans aſſimilat crateri lunæ:hoc eſt crateri lunari:ideſt rotundo ad ſimilitudinẽ lunæ. Haſachar enim hebraicum quod uterq; interpres uertit tornatili. Vt inquit Rabbi Abraam Abenezra Chaldaicum eſt,& ſignificat idem quod iareah hebraicum id eſt luna latine:quæ cum eſt plena eſt rotunda. Vnde ex eo quod dicit Vmbilicus tuus crater lunæ, uult dicere umbilicus tuus ẽ ſicut crater lunæ,ideſt ſimilis crateri:qui factus eſt ad ſimilitudinem lunæ plenæ. Hoc eſt rotundus & plenus ſicut luna:quæ cum eſt rotunda eſt plena, Ad quem quidem craterem plenum ſicut luna comparans umbilicum ſpõſæ, uult dicere ipſum eſſe ſemper plenum & fœcundum,Cæterum quia Luna cum plena eſt exinde tendit in defectum:propterea ne idem intelligeremus & de cra-

Digitized by Google

tere:& idem per cõſequens de umbilico ſponſæ:ꝗ aliquo tẽporẽ. ſ.& ipſe ſicut Luna incidet in defectum, ita ut non ſit plenus & exuberans potione, ſed ſit ſterilis & infœcundus:propterea remouens hoc ſcriptura ſubiungit dicens. Non deficiet potione, hoc eſt, qui crater ullo unq̃ tẽpore deficiet potione: intelligitq; ex hoc ipſum umbilicum ſponſæ nunq̃ fore ſine fœcunditate & prole ſanctorum uirorum. Venter tuus ſicut aceruus tritici uallatus liliis. Sic in latino & in græco. In hebræo autem ſic. Vẽter tuus aceruus tritici, circumſeptus uiolis. Venter tuus aceruus tritici. Mire ac ſignate comparat uentrem Sponſæ aceruo collectorum faſcium tritici in unum, Et hoc quia cõſueuit huiuſmodi aceruus tritici eſſe latus & amplus ab infima parte:& anguſtus in ſuprema. Et ſic maxime eſt uenter mulieris. Et propterea recte uereq; dixit uenter tuus aceruus tritici. Item perpulchre ac ſignificanter comparat uẽtrem ſponſæ aceruo tritici, quia ſicut ex aceruo tritici fit panis quo omnes indigemus ꝓ uictu temporali præſentis uitæ. Sic ex uentre Spõſæ ortus eſt ille cœleſtis panis, quo omnes indigemus, ad uiuendum in ſempiternum: ſecundum Scripturam quæ dicit. Qui manducat hũc panem uiuet in æternum. Circumſeptus uiolis. Senſus eſt, ꝗ idem aceruus tritici cui comparat uentrẽ Sponſæ nunq̃ fuiſſet uiſus in mundo, niſi fuiſſent uiolæ in circuitu eius: qui ipſum aceruum uallarent, cuſtodirent, atq; ſeruarent, hoc eſt, niſi fuiſſent ſancti qui nati ſunt, & naſcẽtur ex uentre Sponſæ eccleſiæ: per uiolas enim quæ ſuauiſſimum dãt odorem, intelligit ut diximus ſanctos oẽs quos ſemper habet Chriſtus in circuitu, tanq̃ redolentiſſimas ſuauiſſimaſq; uiolas. Duo ubera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ: ſic in omnibus tribus linguis. Duo ubera tua, hoc eſt duo teſtamenta: uetus & nouum, ex quibus tanq̃ ex duobus uberibus emanat lac quo alimur in uitã æternam: Collum tuum ſicut turris eburnea, ita in omnibus tribus linguis. Collum tuum ſicut turris eburnea. Cõmendat collum ſponſæ & a candore & a fortitudine a candore, cum dicit eburnea, per nimiam eius innocentiam: a fortitudine, cum dicit turris: ex quo collum ſponſæ fortiſſimum tanq̃ turris nullis infidelium & hæreticorum perſecutionibus flectetur, neq; deprimetur. Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon: ita in utraq; tranſlatione. In hebræo autẽ ſic. Oculi tui fontes in Eſebon ad portam filiæ multitudinis, Oculi tui ideſt prophetæ tui: per quos tanq̃ per oculos uides futura: qui primum in Eſebon ciuitate terræ iſrael: quam acceperunt filii Iſrael de manibus Seon Regis ammorrei ſicut legitur Numeri capite. 21. in qua ciuitate fuerũt a principio prophetæ, ubi tanq̃ fontes effundentes multam aquam, ideſt multam doctrinã. Ad portam filiæ multitudinis ſubaudi proficiſcẽtur: intelligitq; per oculos qui erãt tanq̃ fontes in Eſebon: duos maximos prophetas & ſpiritu Dei pleniſſimos maximoſq; uiros Petrum & Paulum. Qui recedentes ab Eſebon, ideſt a terra Iſrael intelligens a parte totam terram Contulerunt ſe ad prædicandum

IESVM

Digitized by Google

IESVM Chriſtum ad portam filiæ multitudinis mos loquendi hebraicus, hoc eſt, ad populoſam & maximam ciuitatem Metropolim gentium urbem Romam.

Vetus tranſlatio.

NAſus tuus ſicut turris Libani: quæ reſpicit contra Damaſcũ. Caput tuũ ut Carmelus: & comæ capitis tui ſicut purpura regis, iũcta canalibus.

Noua tranſlatio.

Naſus tuus ſicut turris Libani, ſpectans facies Damaſci. Caput tuum ſuper te, ſicut Carmelus: & coma capitis tui ſicut purpura. Rex ligatus cum canalibus.

NAſus tuus ſicut turris Libani: quæ reſpicit contra Damaſcum: ſic in latino. In græco autem ſic. Μυκτήρ σου ὡς πύργος τοῦ λιβάνου σκοπεύων πρόσωπον δαμασκοῦ. hoc eſt Naſus tuus ſicut turris Libani conſyderans faciem Damaſci. Et in hebræo eodem pacto ſic. Naſus tuus ſicut turris libani ſpectans facies Damaſci. Naſus tuus. Pergit Sponſus laudare ſingula membra Sponſæ: comparatq; nimirum Naſum eius ad turrim Libani. Quod ad deformitatem Sponſæ ſpectare uidetur potius, quam ad pulchritudinem, & uenuſtatem: ſi naſum adeo magnum & erectum habuit Sponſa, ut turris Libani. Quam ob rem dicunt doctores hebreorum comparationem iſtam non eſſe magnitudinis naſi ad magnitudinẽ turris. Sed potius diſpoſitiõis eius ad diſpoſitionẽ turris libani. Nã ſi magnitudinis eſſet cõparatio inqunt ad turrim Dauid q̃ eſt in mõte ſiõ, ſicut ſupra fuiſſet naſus ſpõſæ cõparatus, & non ad turrim libani. Erat enim hæc turris libani, nõ ſicut turris Dauid ædificata cũ eminentiis ſiue mergulis in ſummitate eius, ut dictum eſt. Sed erat æqua, & plana deſuper, & perpolita, & ſine foraminibus. Sic & naſus Sponſæ erat ſine eminentiis, hoc eſt ſine tuberculis, atq; maculis, quæ naſci quandoq; conſueuerunt in naſo mulierum, & perpolitus ac pulchre diſpoſitus. Comparationes enim rerum ſatis eſt ex aliqua parte conueniant. Hæc ſecundum hebræos. Nos uero dicimus Naſum ſponſæ comparari ad magnitudinem turris libani, ad denotandum per magnum naſum eius, magnum odorem, quẽ, ſtans in monte libano, qui eſt in finibus terræ iſrael, & reſpiciẽs faciem Damaſci ciuitatis gentium olfaciebat e regione earum, ad quas, capta magno ſuauiſſimoq; earundem gentium odore, quem ſua ſagaciſſima ſapiẽtia præſentiebat erat migratura. Item per magnum naſum Sponſæ ſignificat Scriptura acrimoniam Eccleſiæ contra hoſtes eius infideles, & hæreticos. Ira. n. hominis & furor mox in naſo eius indicatur. Vnde non mirum ſi naſutam Spõſam facit Scriptura, quã ſupra ſicut acies iſtructas & ordinatas, terribilẽ & formidoloſã ſuis inimicis eẽ dixerat. Et docti ueteres hebræoꝝ doctores in libro dicto Midras Sirim. Dixerunt p naſum ſponſæ intelligi debere tẽplum domini, ex quo ſicut naſus datus eſt in altiori hominis parte in facie

Digitized by Google

ſic & domus ſancta ædificata eſt in altiori parte mundi in hieruſalem. Vnde comprobatur maxime id, quod ſupra ſæpe diximus: ꝙ migratura ſponſa, ut & latius dicemus in ſequentibus: ab hebræis ad gentes: non niſi in alta & excelſa gentium metropoli urbe Roma ipſam deſolatam Hieruſalem erat inſtauratura. Vnde merito Roma ſicut in rei ueritate eſt, ſic & credit eſſe, altera Hieruſalem ciuitas ſancta. Et ne riſum præbeamus hebræis ꝙ ut ubiq; inuitis recentibus Lutheranis hæreticis Romanam eccleſiam catholicam .i. uniuerſalem & cõmunem oibus Chriſti fidelibus eſſe comprobamus: ſic inuitis ipſis hebræis & alteram Hieruſalem eſſe aſſeueramus. Interrogo ipſos hebræos: Vnde eſt ꝙ hebraica eorum lingua, quæ ſupra oẽs alias (ut ipſi negare non poſſunt) proprietates rerũ & etymologias maxime obſeruãs exprimit. Cũ tres ſicut græca habeat numeros ſingularem: Dualem, & pluralem. Nomen ciuitatis ſanctæ Hieruſalẽ non per ſingularem exprimit numerum, neq; pluralem: ſed per dualem tantum: Eſt, n. Ieruſalaim (ſic. n. profertur hebraice) dualis numeri ſemp: & ita dualis ut unq̃ ſit ſingularis neq; pluralis: Sed ſemp dualis. Vnde ex lingua eoꝝ hebraica plene ꝯſtat duas eſſe ciuitates Hieruſalẽ: quas Deus elegit in habitaculũ ſuum: alterã olim in Syria: & alterã hodie in Italia: quã Clauiger cœloꝝ Petrus ſuo martyrio fundauit in urbe Roma, in uaticano. Nec poterit mihi hæbræus dicere per duas hieruſalẽ intelligi alterã terreſtrem, & alteram ſupernam Hieruſalem: Cum in ſua ueteri ſancta ſcriptura ante aduentũ IESV Chriſti nulla unq̃ hebræis facta fuerit mentio, neq; ulla explicita promiſſio, de ſuperna Hieruſalẽ, aut de regno cœloꝝ: niſi de terra fluente Lac & Mel: quam ſolã Deus ipſis hebræis pollicebatur. Ita ut ſuperna Hieruſalem ſit altera a noua Hieruſalẽ catholica eccleſia, & nõ altera a uetere Hieruſalẽ, cuius tẽpore de ipſa celeſti hieruſalẽ, & regno cœloꝝ nulla expreſſa mentio facta fuit ab ipſis Prophetis, uſq; ad aduentũ IESV Chriſti, q ueniẽs & precioſo ſanguine ſuo ſatiſfaciẽs pro peccatis mundi, cœlũ antea clauſum nobis reſerauit: Cœlũq; propterea ſuis fidelibus, & non amplius terrã fluentẽ Lac & Mel, ſicut hebræis ante aduentũ ſuũ pollicitus eſt. Sed hæc hactenus. Redeamus nũc unde digreſſi ſumus. Naſus tuus ſicut turris libani. Rabbi Abraã Abenezra & doctus & maximæ inter hebræos auctoritatis uir, in ſuis cõmẽtariis inqt, ꝑ magnũ Naſũ ſpõſæ intelligi ſũmũ Dei Sacerdotẽ: quẽ hebræi in lingua eoꝝ hebraica appellãt Chohẽ gadol .i. ſũmũ Sacerdotẽ, q nimiꝝ ꝑ naſum ſpõſæ ſignificat, ex quo ſicut naſus maxime ꝑtinet ad pulchritudinẽ & neceſſitatẽ elegãtis corporis mulierũ, ſic & ſũmus ſacerdos maxime ꝑtinet ad decorẽ & neceſſitatẽ myſtici corpis eccl̃iæ. Quẽ nos inuitis ipis & hebræis & recẽtibus hæreticis ipſius catholicæ nouæ hieruſalẽ Romanæ eccl̃iæ Põtificẽ maximũ Petri pricipis Apl̃oꝝ, Succeſſorẽ eſſe cõprobamus. Spectãs faciẽ Damaſci. Mire ſignateq; dicit, ꝙ naſus ſpõſæ .i. facies, ĩtelligẽs a ꝑte, totũ ſpectabat damaſcũ ci

uitatem gentium:& non Hieruſalem ciuitatem ſuam. Vnde dixerunt docti ueteres hebræorum magiſtri,ꝙ Spõſa reſpiciebat Damaſcum ciuitatem gẽtium, ſignificans ex hoc hieruſalem ciuitatem ſanctam dilatandam propagãdamq; Damaſcum uſq; ciuitatem gentium. Item reſpiciebat inquiunt faciẽ Damaſci Sponſa, ex quo in Damaſco erant pulcherrimi optimiq; fructus. Quæ expoſitio ſatis congruit, ſatiſq; commoda eſt. Nam ex quo migrare intendebat Sponſa ab hebræis ad gentes, Propterea dicitur hic ſtare in Libano in confinibus terræ Iſrael, in porta regionis gentium. Et propterea magnum dicitur habere naſum: quo magnum ſuo ſagaciſſimo odoratu præſentiebat ex ipſis gentibus prouenire odorem, & propterea & fixum dicitur habuiſſe, obtutum & aſpectum ſuum Damaſchum uerſus ciuitatem gentium: ex quo ad eas migrare intendebat & parabat: quod ſicut figuratum eſt, ſic fuit poſtea factum in aduentu Sancti Sanctorum IESV Chriſti Meſſiæ, per maximum Apoſtolum eius Petrum: qui Sponſam ipſam ex Syria ex uetere hieruſalem traduxit in Italiam, ad nouam Hieruſalem urbem Romam. Caput tuum ut Carmelus: ſic in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic. Caput tuum ſuper te ſicut Carmelus. Eſt autem Carmelus mons altiſſimus, in terra Iſrael. per quem quidem altiſſimum montem intelligitur Chriſtus, Qui in monte altiſſimo cœlorum ſedens ad dexteram patris, Caput eſt ipſius Sponſæ eccleſiæ. Et qui adhuc in terra confractis quattuor regnis gentium creſcet in montem magnum: & replebit totam terram. Sicut Danielis 2. inquit Scriptura. Videbas donec abſciſus eſt lapis de monte ſine manibus. & percuſſit ſtatuam. Et dicit de monte, hoc de Cœlo, & ſine manibus, hoc eſt ſine coóperatione alterius, ſed a ſe ipſo abſciſus, & poſtea ſubiungit Lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit uniuerſam terram. Et coma capitis tui ſicut purpura Regis iũcta canalibus. Ita in latino. In græco aũt rectius ſic. καὶ πλόκιον κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς, hoc eſt. Et crinis capitis tui ſicut purpura, Rex ligatus in decurſibus. In hebræo aũt ſic. Et Coma capitis tui ſicut purpura. Rex ligatus cũ canalibus. Vnde patet latinũ interpretem, ut ſæpiſſime alias, neq; uerba, neq; ſenſum hebraicum latinum reddidiſſe. Et propterea nephas eſt dicere, hanc tranſlationem, qua utimur eſſe diui Hieronymi, totq; defectus, quibus eadem tranſlatio ubiq; ſcatet, eidem Hieronymo uiro, tum ſanctiſſimo, tum trium linguarum peritiſſimo impingere: & (quod deteſtabilius, & maxime perniciofum eſt) dum aut ꝓphanis ſtudiis: aut eccleſiaſticis dignitatibus, potius quam ſacris literis inhiant homines, ſub nomine Hieronymi, quãplurimos eiuſdem tranſlationis contortos ſenſus, pro ueritate hebraica ducere, & Scripturas quæ clariſſima de IESV Chriſto reddunt teſtimonia ignorare. Sed hæc hactenus. Et coma capitis tui. Poſteaquam Sponſus deſcripſit laudando omnia membra Sponſæ: ultimo loco nunc laudat eam de

pulcherrima eius coma. Et poſtea mox ſubiungit illa nimirum ſtupēda, & ſi
gnificantiſſima uerba. Rex ligatus cum canalibus: quæ poſtea exponentur.
Dicit itaq;. Et coma capitis tui ſicut purpura. Pro quorum quidem uerbo/
rum intelligentia eſt notandum cum hebræis, ꝙ dictio Dalad, quam uerti/
mus comam latine: ſignificat etiam & pauperiem: propterea iidem doctores
hebræorum per comam ſpōſæ purpuream intellexerunt pauperes: qui ſunt
inquiunt in Iſrael: ſicut purpura, hoc eſt coloris purpurei per magnam eo/
rum charitatem. Et hoc recte uereq; exponunt: quia per comam Sponſæ ni
mirum Apoſtoli ſignificantur: qui paupertatis amantiſſimi merito per pur/
pureum colorem ob magnam eorum charitatem ſignificantur: pro qua imi/
tantes magiſtrum ſuum Chriſtum omnes propriam uitam expoſuerunt. Re
cte igitur uereq; apoſtoli Chriſti & Diſcipuli omneſq; martyres denotātur
per comam Sponſæ purpuream: quo propterea purpureo colore ſecūdum
hanc ſignificationem inſignitur hodie & apoſtolicus Senatus. Rex ligatus
cum canalibus. Hæc uerba dixit hic Sponſus Chriſtus ſignatiſſime per in/
terpoſitionem inter laudes præcedentes Sponſæ & conſequentes. Quæ ali
qui ueteres hebræorum doctores non intelligentes ſecūdum literalem ſen/
ſum expoſuerunt ea allegorice tantum: Dicentes ſic. Regem æternum Sa/
lomonem ligatum in Canalibus, hoc eſt, iurauiſſe apud canales ſcilicet aqua
rum, ad quos quidem Canales Pater noſter Iacob ſtatuerat uirgas ſuas po/
puleas ſicut legitur Geneſeos capite. 30. & tunc temporis Deum iurauiſſe ei
dem patri noſtro Iacob ſe habitare facturum gloriā ſuam in Iſrael, quod eſt
palam falſum: Ibi enim nihil tale legitur, nec unquam iurauit Deus patri nō
ſtro Iacob Iuramentum aliquod, Quamobrem eſt expoſitio ſatis abhorrens
a ueritate hebraica. Propterea Rabbi, Abraam, Abenezra recens hebræo/
rum doctor in ſuis commentariis rectius quam dicti ueteres doctores ea uer
ba ſecūdum literalem ſenſum expoſuit ſic. Rex ligatus cum canalibus: hoc
eſt Rex Meſſias: ideſt Chriſtus: qui ſecundum ueteres doctores ſtudens atq;
feſtinans uenire ad inſtaurandum Hieruſalem natus fuit: ſignatiſſime in ip/
ſa die qua deſolata fuit eadem ciuitas Hieruſalem per Titum & Veſpeſia/
num ligatus fuit cum Canalibus, ideſt tribulationibus multis, quæ intelli/
guntur per Canales multarum aquarum: & adeo male fuit affectus, ut etſi a
tanto tempore ſit natus, nihilominus hactenus uenire non potuerit. Hæc
Rabbi Abraam Abenezra in ſuis commentariis, Qui cæcutiens in meridie
uidet lumen: non tamen ſatis clarum: Nam cum hæc uerba dicta ſint aper/
tiſſime de paſſiōe Xp̄i Meſſiæ: ut & idē doctor cū ſuis ueteribus doctoribus
ſentit. Mirū quomō nō pudet eū credere Xp̄m natū iā a mille & qngētis ānis
male affectū & ligatū a ſuis inimicis uſq; adeo uenire nō potuiſſe. Inſup mi
rū quomō iſte Meſſias anteq̄ ueniret ad eos fuerit depræhēſus, & ligatus: Et
ualde mirabilius, ꝙ ſic ligatus & male affectus in manibus inimicorū uiuere

tāto tempore potuerit: & quomodo nullam uiam adinuenerit ut a uinculis ſolueretur. Sed illud magis atq; magis demiror quomodo tantus doctor(ut ignarum hebræorum uulgs ommittam,qui iſta non intelligunt)talem Meſſiam expectabat ,qui inuitus & ꝯtra ſuam uoluntatem tanto tempore in manibus inimicorum captiuus teneretur. Sed meræ nugæ ſunt iſtæ. Et illud ſolum pium ſanctum & uerum eſt credere,ꝙ ipſa catholica Eccleſia de hac re credit & firmiter tenet. Chriſtum Meſſiam ſcilicet ueniſſe ,non ſolum a die qua deſolata fuit Hieruſalem: ſed & multo ante: & cum ueniſſet uere ut inquit hic Scriptura,fuit ligatus cum canalibus :hoc eſt non ſimpliciter quidem fuit ligatus iſte Rex maximus Chriſtus Meſſias: Sed fuit ligatus in cruce ſcilicet cum canalibus: ideſt cum quinq; ei factis uulneribus. Significantur enim eius ſanctiſſima quinq; uulnera hic per quinq; canales Metaphorice: ex quo per quinq; eius corporis uulnera,tanq̄ per quinq; canales aquarum emanauit totus ſanguis innocentiſſimi puriſſimiq; corporis eius. Hic ē uerus & Catholicus ſenſus prædictorum uerborum. Quæ quidem memoratu digniſſima perneceſſariaq; uerba dicit idem ſponſus de ſe in tertia perſona ſic. Rex ligatus cum Canalibus. Quaſi interloquendum de pulchritudine ſponſæ interponens hæc uerba de paſſione ſua palam diceret. Et pro tanta tua pulchritudine o Sponſa Rex ligatus cum canalibu s ,hoc eſt. Ego Sponſus tuus Chriſtus Rex cum ueniam ad te oſculandum & redimendum pro te ero ligatus tanq̄ latro & malefactor in Cruce ,cum quinq; canalibus, ideſt,cum quinq; uulneribus,quæ ad modum Canaliū fluendo emittent totum ſanguinem corporis mei pro tua redemptione.

Vetus tranſlatio.

QVam pulchra es & quam decora chariſſima in deliciis. Statura tua aſſimilata eſt palmæ: & ubera tua botris. Dixi: aſcendam in palmam: & apprehendam fructus eius. Et erunt ubera tua ſicut botri uineæ, & odor oris tui ſicut odor malorum. Guttur tuum ſicut uinum optimum. Dignum dilecto meo ad potandum: labiiſq; & dentibus illius ad ruminādum. Ego dilecto meo: & ad me conuerſio eius.

Noua tranſlatio:

Quā pulchra es & quā dulcis dilecta in deliciis. Hæc ſtatura tua ſimilis eſt palmæ: & ubera tua racemis. Dixi: aſcendam in palmam ,præhēdā in cimis eius, & erunt qdē ubera tua ſicut racemi uitis, & odor naſi tui ſicut pomorum, & guttur tuū ſicut uinum bonum , uadens dilecto meo ad rectitudines: Eructare faciens labia ſenum. Ego dilecto meo: & ſuper me deſiderium eius.

QVam pulchra es, & quam decora chariſſima in deliciis, ita in latino In græco aūt & in hebræo ſic. Quā pulchra facta es, & quā dulcis dilecta in deliciis. Quā pulchra facta es. Sēſus hic eſt, poſteaq̄ ꝑ te ligatus fuero cū canalibus: hoc eſt cum uulneribus, inqt Sponſus, efficieris per mea uulnera

Digitized by Google

redempta & pulchra & dulcis, & dilecta in deliciis: hoc eſt, dulcis & digna qua ego fruar inter omnes alias meas delicias. Statura tua ſimilis eſt palmæ, & ubera tua botris: ſic in omnibus tribus linguis: niſi quia in hebræo ꝓ ſtatura tua habetur ſic. Iſta ſtatura tua & reliqua. Iſta ſtatura tua ſimilis eſt palmæ. Recte ſponſus Chriſtus rex cum inter laudes, quas tribuit ſponſæ perſpicuam mentionē ſuæ paſſionis in tertia perſona loquens, & de ſe ipſo plane intelligens feciſſet: uolēs nunc inferre quam obrem fuerit ligatus, & ubi fuerit ligatus infert ſic. Iſta ſtatura tua ſimilis eſt palmæ. hoc eſt, iſta tui corporis ſtatura eſt ſublimis & recta, ſicut eſt Statura & altitudo palmæ: ē enim Palma arbor recta & alta, ad quam comparatur ſponſa: ex quo recta altitudo multum confert ad pulchritudinem & uenuſtatem mulieris. Et allegorice p rectitudinē altitudinēq; ſtaturæ ipſius Sponſæ cōparatæ ad palmā, q̄ eſt arbor & recta & fructifera, intelligit rectitudinem & celſitudinem patrū ipſius Sponſæ: & per eius ubera, quæ comparat botris ſiue racemis eiuſdē arboris palmæ, intelligit (ut diximus) duas tabulas legis acceptas a patribus, a qbus qdē tabulis tanq̄ a duobus uberibus profluit Lac ſciētiæ, & ſapientiæ Dei. Eſt itaq; ſenſus pro rectitudine, iuſticia, & excellentia patꝝ tuoꝝ, q floruerunt & fructum dederunt apud me, ſicut palma o ſponſa. Item & ꝓ tuis uberibus hoc eſt duabus tabulis legis quas libenter accepiſti a me. Dixi: aſcēdam in palmam, & appræhendam fructus eius, ita in latino. In græco autem rectius ſic: εἶπα ἀναβήσομαι ἐν τῷ φοίνικι κρατήσω τῶν ὑψέων αὐτοῦ hoc eſt. Dixi aſcendam in palmam, præhendam cacumina eius. In hebræo autem ſic. Dixi aſcendam in palmam præhendam in cimis eius. Senſus eſt. Dixi, hoc eſt in corde meo dixi. ideſt cogitaui pro iſta tuorum patrum rectitudine, & iuſticia, & per legem quam accepiſti a me, Aſcendam & ego in palmam arborem: hoc eſt in Crucem cuius pars fuit de Palma: præhendam in cimis eius: hoc eſt firmabo me in cimis, ſiue in ramis eius arboris palmæ, quouſq; ſubaudi emittam ſpiritum. Et eſt explanatio eius quod dixerat ſupra. Rex ligatus cum canalibus. Vbi ligatus. Non dixerat propterea nunc dicens Chriſtus ſe aſcenſurum in palmam palam dat intelligi ſe ligatum fuiſſe in palma, hoc ē, in alta arbore Crucis: cuius pars (ut refert Gloſſa ordinaria) fuit de palma. Et recte in Crucem de palma arbore aſcendit Chriſtus: quia oblaturus ſacrificium iuſticiæ pro peccatis totius mundi aſcendit in eam arborem per quam iuſti ſignificanť in Scriptura: quæ ait Iuſtus ut palma florebit. Dixi ego aſcēdam in palmam, hoc eſt in Crucem de palma arbore, & ex uerbo dixi. i. cogitaui, dat intelligi Chriſtus ſuam uoluntariam ſpontaneamq; fuiſſe paſſionē & mortem, & diu ante a ſe præuiſam & determinatam, & poſtea pro redemptione totius mundi libentiſſime ſumptam. Et erunt ubera tua ſicut Botri uineæ, & odor oris tui ſicut odor malorum, Ita in utraq; tranſlatione, niſi qa in græco pro odor oris tui, rectius habetur ſic. καὶ ὀσμὴ ῥινός σου ideſt & odor na

ſi tui. Et pro & erunt, habetur ſic, ἔσονται δὴ· ideſt erunt quidem, cum particula expletiua, & conſimiliter in hebræo ſic. Et erunt quidem ubera tua ſicut racemi uitis: qui ſcilicet dant & producũt multum uinũ: hoc eſt multam doctrinam. Et odor naſi tui, ſicut malorum ſiue pomorum pulchre olentiũ ſupple. Et per naſum Sponſæ aliqui doctores ut diximus, intelligunt templum domini, & eccleſiã ipſam. Aliqui uero ut eſt Rabbi Abraam intelligit ipſum ſummum ſacerdotem. Et ſic ſenſus ẽ. Et odor naſi tui, ideſt eccleſiæ tuæ, uel ſummi ſacerdotis ſacrificantis, & odorem emittentis ſuauiſſimum Deo: erit ſicut malorum pulchre redolentium ſcilicet Guttur tuum ſicut uinum optimum: dignum dilecto meo ad potandum, ita in latino. In græco autem rectius ſic. καὶ λάρυγξ σου ὡς οἶνος ἀγαθὸς πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ μου εἰς εὐθύτητα. hoc eſt. Et guttur tuum ſicut uinum bonum uadens nepoti meo ad rectitudinem. In hebræo autem ſic. Et palatum tuum ſicut uinum bonum, uadens dilecto meo ad rectitudines. Et palatum tuum ſicut uinũ bonum. Senſus eſt. Et tunc cum ego aſcendero in arborem palmam: Palatum tuum ſicut uinum bonũ: hoc eſt guſtus palati tui, in quo probatur uinum nõ erit amplius corruptus: ſicut nunc eſt, ſed erit ſanus, & ſicut uinum bonum, hoc eſt, & ſicut bonum erit uinum, ſic & guſtabit ipſum, uadens dilecto meo ad rectitudines, ita in hebræo & græco ferme. Pro quibus latinus interpres neq; ſenſum neq; uerba expreſſit dicens, dignum dilecto meo ad potãdum: Vadens dilecto meo ad rectitudines. Hæc uerba ſunt Sponſæ quæ reſpondens ad prædicta uerba ſponſi, de bono guſtu, optat ſibi cõcedi & dari talem bonum guſtum boni uini, ideſt diuini amoris, ita ut ſic poſſit guſtare ipſum, ſicut eſt dulce, dicẽs ſic. Vadens dilecto meo ad rectitudines. Et ſenſus eſt, utinã ꝙ palatũ meum uadat dilecto meo ad rectitudines: hoc eſt, utinã ꝙ ego recte perfecteq; guſtare & diligere te merear, ita ut guſtus meus & omne meum deſiderium uadat dilecto meo ad rectitudines. Labiiſq; & dentibus illius ad ruminandum. Ita in latino. Quæ uerba in græcũ tranſlata fuerunt ſic. ἱκανούμενος ἐν χείλεσί μου καὶ ὀδοῦσι hoc eſt ſufficiens in labiis meis & dentibus. Nos aũt ex hebræo uertimus ſic. Eructare faciens labia ſenum. Et ſenſus eſt. Vtinam inquit ſponſa ꝙ guſtus palati mei, & amor meus erga te dilectum ſit ſicut uinum bonum, quod eructare facit labia ſenum: hoc eſt, quod quidem uinum adeo eſt bonum, quod compellit ſenes ad loquendum: quaſi diceret, & tunc uinum bonum iſtud, ideſt amor meus perfectus ut bonum uinum in te, compelleret & ipſos ſenes patres meos mortuos ad loquẽdum, & exultandum, congratulantes mihi & confitentes tibi pro me. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Sic in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic. Ego dilecto meo & ſuper me deſiderium eius, ut ſcilicet ego diſcam & faciã uoluntatem ſuã, hoc enim eſt deſiderium eius, & quod optat aſſequi ſponſus meus a me.

Vetus tranſlatio. Noua tranſlatio.

Digitized by Google

VEni dilecte mi egrediamur in agrum: commoremur in uilliſ: Mane ſurgamus ad uineas: uideamus ſi floruit uinea. Si flores fructus parturiunt. Si floruerunt mala punica, ibi dabo tibi ubera mea. Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris, omnia poma noua & uetera dilecte mi ſeruaui tibi.

Veni dilecte mi egrdiamur in cāpum, pernoctemus in uillis. Surgamus diluculo ad uineas, uideamus ſi floruit uitis, aperta eſt uua acerba, ſi gemmauerunt mala Punica, Ibi dabo amores meos tibi. Mandragoræ dederunt odorem. Et ad portas noſtras omnes fructus pulcherrimos: nouos etiam ueteres dilecte mi abſcondi tibi.

VEni dilecte mi egrediamur in agrū commoremur in uillis. Ita in utraq; tranſlatione, & conſimiliter in hebræo, niſi quia pro, in agrum in hebræo habetur ī campum, & ꝓ commoremur, habetur pernoctemus in uillis. Veni dilecte mi, egrediamur in campum. Hic eſt locus in quo ſignatiſſime denotatur tranſlatio domus Dei ab hebræis ad gentes, & a uetere hierusalem in nouam Hieruſalem urbem Romam: quod mire non ſignatur niſi poſt aperte factam mentionem Paſſionis & mortis ipſius Regis Chriſti cum canalibus in arbore Palma, ideſt in arbore Crucis. Vnde indignata Sponſa hoc eſt uera gens Iſraelitica: quæ credidit in IESVM Chriſtum, eumq; recepit, perſuadet hic ipſi Sponſo Chriſto, ut relictis hebræis, & terra eorum, una ſecum egrediatur in campum dicens. Veni dilecte mi egrediamur. ſ. ab hieruſalem in campum, hoc eſt in mundum, pernoctemus in uillis: quaſi diceret quouſq; peruenerimus in urbem Romam alteram Hieruſalem nobis congruam & aptam ad habitandum, pernoctemus in uillis, hoc eſt in aliis locis & ciuitatibus gentium, quæ reſpectu Vrbis Romæ ſunt uillæ, in quibus pernoctare tantum uolebat ipſa Sponſa Chriſti. Mane ſurgamus ad uineas, uideamus ſi floruit uinea: ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica, ibi dabo tibi ubera mea. Ita in utraq; tranſlatione. In hebræo autē ſic. Surgamus diluculo ad uineas, uideamus ſi floruit uitis, aperta ē Semadar. i. uua acerba, gemmauerunt mala granata, ibi dabo amores meos tibi. Surgamus diluculo, & reliqua. Senſus hic eſt. Et cum egreſſi fuerimus inquit Spōſa de Hieruſalem pernoctabimus ī uillis, & inde ſummo mane ſurgamus ad uineas, hoc eſt a uillis ſummo mane ſurgentes proficiſcamur ad uineas ſcilicet gentium, uideamus ſi floruit uitis, & aperta eſt uua acerba, hoc eſt uideamus ſi iam peruenit ad eas gentes tuus fragrātiſſimus odor per apſtolos tuos. Quadraginta. n. annos poſt paſſionem Domini deſolata fuit hieruſalē, & ab ea receſſerunt apoſtoli, quo tempore inceperat iam totus mūdus ſuauiſſimum Chriſti odorem olfacere, Vnde merito inquit Sponſa. Surgamus diluculo ad uineas: uideamus ſi floruit uitis, & aperta eſt uua acerba, Et per uitem intelligit ipſos Sacerdotes: qui prædicantibus apoſtolis per mundum

inceperunt floreſcere,& uinum,hoc eſt diuinum odorem in populo producere. Et per uuam acerbam,quæ ex plurimis granis conſtat, intelligit ipſum populum, Si gemmauerunt mala granata, hoc eſt & uideamus ſi rubicundi martyres ad ſimilitudinem malorum granatorum per ſūmam eorum charitatem incipiunt iam teſtimonium dare de te, Ibi dabo tibi ubera mea,ita ꝑquam perperam in utraꝗ tranſlatione. In hebræo autem ſic. Ibi dabo amores meos tibi: Hoc eſt ibi inter gentes in urbe Roma dabo tibi meos amores,quaſi plane diceret Sponſa:hic in Hieruſalem non te amaui,neꝗ dilexi, chariſſime Sponſe:ueruntamen ibi ſcilicet inter gentes in eccleſia Romana dabo tibi amores meos:hoc eſt te Sponſum dominum meum:qui ꝓ me uoluiſti ligari in palma cum Canalibus perfecte diligam. Vnde patet quanto perfectior eſt eccleſia gētium:& quanto in amore & dilectione diuina quā ipſa Synagoga præſtantior: cum aperte dicat hic Sponſa: ibi dabo amores meos tibi: Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris. Ita in latino,in hebræo autem ſic. Mandragoræ dederunt odorem. Et hic interciditur oratio. Et poſtea ſequitur. Ad portas noſtras omnes fructus.& reliqua. Mandragoræ dederunt odorem,hoc eſt(continuādo ſenſum cū ſuperioribus) ſi ꝓduxerunt iam flores,& inceperūt iam dare odorem ſuū:q̄ſi diceret uideamus ſi omnes populi gentium,qui ſunt ſicut herbæ campi incipiunt te iam confiteri,per Mandragoras,enim ſpeciem herbæ cuius radix eſt ad ſimilitudinē formæ humanæ:intelligit omnes herbas campi,& per eas omnes populos orbis terrarum:qui paſſo IESV Chriſto inceperūt floreſcere & odorem ſuauiſſimum fidei,charitatis,& omnis uirtutis dare. Et ad portas noſtras, omnia poma noua,etiam uetera dilecte mi abſcondi tibi. Et ad portas noſtras. Senſus hic eſt,ꝙ tanto cum gaudio Sponſus & Sponſa erant accipiendi in noua hieruſalem urbe Roma,ut Romani non expectaturi eſſent ut intus in urbe offerrent eis Poma,& pulcherrimos ſuauiſſimoſꝗ fructus. Sed mox ſpōſo Chriſto & Sponſa aduentantibus erāt Romani eis obuiā ituri: & ad portas ciuitatis ſuæ oblaturi eis omnia poma,& noua & uetera:hoc eſt oēs pulcherrimos nouos fructus:quos erant iidem Romani per mortem tot milliū ſuorum ciuiū oblaturi:qui pro fide & teſtimonio IESV Chriſti ſponte erāt morituri: Et uetera & erant etiam Romani cum nouis fructibus oblaturi, & uetera Poma. hoc eſt & Petrum & Paulum:qui erant poma Chriſti nō noua ſed uetera:hoc eſt igitur quod dicit Sponſa hic & ad portas noſtras, ſcilicet eccleſiæ Romanæ quo tendimus abſcondi:mos loquendi hebraicus ideſt recondi & theſaurizaui tibi Chriſte,omnia Poma & noua & uetera: ideſt omnes fructus nouos intelligens Romanos:& fructus ueteres intelligens Petrum & Paulum:qui in urbe Roma pro Chriſto paſſi ſunt.

CAPITVLVM OCTAVVM.

Vetus tranſlatio. Noua tranſlatio.

Digitized by Google

QVis mihi det te fratrem meum ſuggẽtem ubera matris meæ, ut inueniã te ſolum foris, & deoſculer, & iam me nemo deſpiciat: appræhendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex uino condito, & muſtũ malorum granatorum meorum. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Quis det te ſicut fratrẽ mihi lactẽtem ubera matris meæ. Inuenirem te foris oſcularer te, etiam non deſpicerent me: ducerem te, Introducerem te domum matris meæ: doceret me, bibere facerem te de uino condito, de muſto mali granati mei. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

QVis mihi det te fratrem meum ſuggentem ubera matris meæ, ut inueniam te ſolũ foris, & deoſculer, & iam me nemo deſpiciat. Ita in utraq; tranſlatione in ſenſu, In hebræo autem ſic. Quis de te ſicut fratrem mihi lactentem ubera matris meæ. Inuenirem te foris, oſcularer te, etiam non deſpicerent me. Quis det te ſicut fratrem & cætera. Hic nimirum exardeſcens ſponſa in amorem ſponſi Chriſti, dolet non poſſe ipſum oſculari ad libitum ſuũ, abſq; ulla uerecundia, & pudore. Et propterea cupiens ſoluere omnem pudorem, quo detinentur mulieres quo minus oſculentur palã uiros ſuos, optat dicens, Quis det, hoc eſt, utinam o dilectiſſime Sponſe mihi contingeret ut tu eſſes meus frater lactens ubera matris meæ. Et ſic te infantem inuenirem foris procul a matre tua: ut ſic ego tanq̃ tua ſoror caperem te, ad matrẽ tuam te deferendi gratia. Quod ſi contingeret inter capiendum, & te deferendum: ad libitum dulciſſima tibi oſcula palam in conſpectu omniũ abſq; ullo pudore figerem: ſicut facere conſueuerunt puellæ ſuis lactentibus fratribus. Etiam non deſpicerent me, hoc eſt, Quamuis ſic ad libitũ in conſpectu omnium te deoſcularer, non tamen me deſpicerent. Quia mos ſemper fuit ſororibus abſq; ullo pudore ſuos paruulos, & ſuggentes ubera fratres exoſculari. Vnde ex eo, quia dixit foris, palam indicat, quod foris extra ueterem Hieruſalem inter gentes infinita ei oſcula erat datura. Ex quo plane intelligitur, Quanto maior erat futurus amor Eccleſiæ in Chriſtum ſupra amorem patrum Hebræorum. Appræhendam te, & ducam te in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis. Et dabo tibi poculum ex uino condito, & muſtum malorum granatorum meorũ. Ita in utraq; tranſlatione. In hebræo autem ſic. Ducerem te, introducerem te domum matris meæ. Bibere facerem te de uino condito, de muſto mali granati mei. Ducerem te, introducerem te & cætera. Sẽſus eſt. Poſteaq̃ inquit te foris inueniſſem, & ibi multa tibi oſcula abſq; ullo pudore, & uerecundia fixiſſem, ducerem te, & introducerẽ te in domũ matris meæ, hoc eſt in domũ cõmunis matris beatiſſimæ Virginis, cuius tu filius es. Ibi me docebis. Ita in utraq; lin-

Digitized by Google

guã. In hebræo autẽ ſic: Telamedeni.i.doceret me mater noſtra. ſ. Et ſi idẽ hebraicum uerbum poſſet eſſe & ſecundæ perſonæ. Ex quo litera Thau in futuro indifferenter ſignificat & tertiam fœmininam,& ſecundam maſculi/nam perſonam. Tamen conuenientius hic accipitur ab hebræis pro tertia fœminina. Sic, Doceret me. ſ. mater noſtra. Quo nam pacto cibarẽ,& bibe/re facerem te: ſicut docent omnes matres paruulas puellas ſuas. Hoc eſt do/ceret me mater noſtra, quomodo captare poſſem tuam erga me beneuolen/tiam. Et bibere facerem te de uino condito, de muſto mali granati mei, hoc ẽ bibere facerem te uinum optimum: & muſtum malorum granatorum meo/rum. Vult dicere,& inebriarem te per mea obſequia,& meum maximum er ga te amorem: ſicut inebriantur homines per optimum, & conditum ui/num. Læua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabit᷑ me. Sic in om/nibus tribus linguis. Læua eius & cætera. Effectus amoris. Senſus.n. hic eſt. Et ego tunc, cum tantopere me amares, amore languerem: & ſic tu mihi lan guenti more perfectorum amicorum aſſiſteres: & læua tua caput meum ſu/ſtentares: Et dextera tua amplectereris me.

Vetus tranſlatio.

ADiuro uos filiæ hieruſalem, ne ſuſcitetis, neq; euigilare facia/tis dilectam, donec ipſa uelit.

Noua tranſlatio:

Adiuro uos filiæ Hieruſalem quid excitabitis,& quid euigilare facie/tis dilectam, uſq; quo complacen/tiam habebit.

ADiuro uos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dile/ctam donec ipſa uelit. Ita in utraq; lingua. In hebræo autem ſic. Adiu/ro uos filiæ Hieruſalem, quid excitabitis,& quid euigilare facietis dilectam, uſq; quo complacentiam habebit. Adiuro uos Filiæ Hieruſalẽ. Mirum quo ties hanc terribilem adiurationem repetit dominus: plane oſtendens ꝑ eam quantæ curæ ſibi ſit pax, unitas,& concordia inter ipſam utrãq; Hieruſalẽ, & Filias earum, hoc eſt, inter caput,& mẽbra eccleſiæ dicens, Adiuro uos Fi liæ Hieruſalem. ſ. per Capreas, ceruaſq; campi (ut ſupra dictum eſt) ne ſuſci tetis, neq; euigilare faciatis dilectam: Siue (ut in hebræo) quid excitabitis, & quid euigilare facietis, uſq; quo complacentiam habebit. ſ. in me. Sẽſus eſt O filiæ Hieruſalem, ut quid, ſiue quare excitabitis, & quare euigilare faietis dilectam, hoc eſt, Cur calumniam inferetis dilectæ Sponſæ meæ utriq; Hie ruſalem: cum ſupple nihil uobis proderit, nihilq; proficietis, donec compla centiam habebit. ſ. in me ut expoſuimus ſupra.

Vetus tranſlatio.

QVæ eſt iſta, quæ aſcendit de de ſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuũ. Sub arbore ma lo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt mater

Noua tranſlatio.

Quæ eſt iſta aſcendens de deſerto, aſſociata cum dilecto: Sub arbore pomo excitaui te: ibi peperit te ma ter tua, ibi parturiuit te genitrix

Digitized by Google

tua ibi uiolatã eſt genitrix tua. tua.

QV æ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, inixa ſuper dile/ctum ſuum. Ita in utraq; lingua, niſi quia in græco non extant uerba Deliciis affluens, ſicut nec in hebræo. In quo habetur ſic. Quæ eſt iſta aſcẽdens de deſerto & reliqua. Ex his Sponſa plane oſtendit ſe iam exauditam a Sponſo ſuo Chriſto in his quæ petierat ſupra, dicens, Veni dilecte mi, egrediamur in campũ. Quapropter nunc ut uidetur compos uoti facta, egrediẽs extra Hieruſalem in Campum. i. ad gentes, & ad Metropolim earum urbem Romam una cum ſuo dilecto, ſtupida effecta Sponſa de tanto ſibi a Chri/ſto ſuo collato beneficio, ſe ſe ſupra modum humilians, & quaſi grãs agens, loquens de ſe ipſa in tertia perſona cum maxima ſuæ ſummæ optatæ felici/citatis admiratione, & ſtupore, inquit. Quæ eſt iſta aſcendẽs de deſerto, aſſociata cum dilecto ſuo, q̃ſi diceret. Et quid ſum ego? & unde promerita tan/tum beneficium, ut aſſociata dilecto meo Chriſto, aſcenderẽ de deſerto, hoc eſt de deſerta, & deſolata Hieruſalem: & aſſociata dilecto meo proficiſcerer in campum ad gentes, & caput earum urbem Romam. Et uocat Hieruſalẽ deſertum ex effectu, Qui mox inſequutus eſt. Cum primum. n. egreſſa fuit Sponſa de Hieruſalem, hoc eſt Petrus, & cæteri Apoſtoli, ſtatim ſequuta eſt ruina, & deſolatio ipſius Hieruſalem per Titum, & Veſpeſianum. Dixit propterea hic Sponſa ſe aſcendiſſe de deſerto, ut copularet duos cõſimiles ſuos euentus. Dixerat nãq; ſupra conſimiliter eadem uerba. Quæ eſt iſta aſcẽdẽs de deſerto, & cætera. præmiſſa etiam ibidem eadem adiuratione, Quæ & p̃/mittitur hic. ſ. Adiuro uos Filiæ Hieruſalem, & reliqua. Ex quibus manifeſtũ eſt, Scripturam ipſam etiam per repetitionem eorundẽ uerborũ connectere more ſuo duos conſimiles euentus ipſius Spõſæ, hoc eſt, duos exitus eius de deſerto, amiſſis omnibus ferme filiis ſuis. Et quod primus eius euentus figura fuit ſecundi. Conſtat enim Synagogã ereptam a Sponſo ſuo Chriſto de ægypto cum ſexcẽtis millibus filiorum, & ſic intraſſe in deſertum: & ibi ob ſuas præuaricationes mortua fuiſſe omnia prædicta ſexcenta millia homi/num. Et ex eis non intraſſe in terram promiſſionis, niſi tantum duas animas, Ioſue. ſ. & Caleb: ſicut dixit Dauid ꝓpheta in pſalmis, Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiẽ meam. Et nunc rurſus aſcendens de deſerto ſpõſa Synagoga. i. de Hieruſalem deſolata, & in deſertum locum propter occi/ſionem Chriſti Meſſiæ redacta per Titum, & Veſpeſianum ſuis tot millibus filiorum partim occiſis, partim uenũdatis, partim in captiuitatem ductis, cũ paucis apoſtolis, & diſcipulis IESV Chriſti egreſſa de tanta ruina Sponſa in caput gentium eſt conſtituta & in arce ipſarum urbe Roma ad imperandũ omnibus populis per Petrum, & Paulum maximos Apoſtolorum eſt locata, & poſita. Sub arbore malo ſuſcitaui te: Ibi corrupta eſt mater tua: Ibi uiolata eſt genitrix tua. Sic in utraq; tranſlatione, niſi quia in græco pro, Ibi cor/

rupta eſt

Digitized by Google

rupta eſt mater tua, & ibi uiolata eſt genitrix tua, rectius habet ſic. ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ μήτηρ σου ἐκεῖ ὠδίνησεν ἡ τεκοῦσά σε hoc eſt, ibi cum dolore peperit te mater tua, & ibi cũ dolore genuit te, quæ parturiuit te. In hebræo aũt ſic. Sub arbore pomo ſuſcitaui te: ibi peperit te mater tua: ibi parturiuit te genitrix tua. Sub arbore pomo ſuſcitaui te. Hoc maxime ptinet ad id, quod ſupra dictũ eſt. Rex ligatus cum canalibus, & ad illud Dixi aſcendam in palmã. Sub arbore pomo ſuſcitaui te & reliq. Poſteaq̃ ſponſa ſupra ſe ſe humilians ualde, dicens ſe indignam, quæ aſcenderet de deſerto, aſſociata cũ dilecto ſuo: nũc uero magis, atq; magis ſe onerans inqt, ſub arbore malo ſuſcitaui te: ſiue (ut in hebræo) ſub arbore pomo excitaui te: q̃ſi diceret. Quo mõ ego mereor eripi a ruinis, & deſolatione ueteris Hieruſalẽ, & poni in caput gentiũ, quæ ſceleſtiſſima ſuſcitaui, ſiue excitaui, hoc eſt, cõmoui, & exagitaui te p meos pditiſſimos filios ſub arbore pomo. i. ſub cruce: quæ (ut diximus) partim fuit ex palma, & partim ex arbore pomifera, ac fructifera ualde. Ibi corrupta eſt mater tua: Ita ualde quidẽ perperã in latina tranſlatione. In hebræo autẽ, & græco ſic. Ibi peperit te mater tua. Et notandũ, q mos hebraicæ linguæ ẽ, ſignificare oẽm intenſum & maximũ dolorẽ per dolorẽ parturiẽtis. Iuxta illud. Erit dolor, ſicut parturientis. Dicit itaq; ſponſa ad ſignificandum acerbiſſimum dolorem ſui ſponſi Xp̃i, quẽ patiendo, & moriendo p ſalute humani generis paſſus eſt. Ibi peperit te mater tua. ſ. btiſſima Virgo mater tua ibi ſub pomo, hoc ẽ, ſub cruce, uidẽs te ita acerbiſſime cõmotũ, & cruciatũ, pepit te: hoc ẽ, doluit dolorẽ parturiẽtis. Et ad maiorẽ exaggerationẽ doloris eiuſdem btiſſimæ matris Mariæ repetit, dicens: Ibi parturiuit te genitrix tua, q̃ſi diceret, mater tua, Quæ cũ te deũ & hominẽ (ut diximus ſupra) pepit ĩ diuerſorio, nullũ pariẽdo ſẽſit dolorẽ Ibi. ibi ſub arbore pomo te & pepit, & parturiuit, hoc ẽ, acerbiſſimũ parturiẽtiũ, dũ pro te dolet, guſtauit dolorẽ.

Vetus tranſlatio.

POne me ut ſignaculum ſup cor tuũ: ut ſignaculũ ſup brachium tuũ: Quia fortis ut Mors dilectio, dura ſicut Infernus æmulatio. Lãpades eius ut lãpades ignis, atq; flammarũ. Aq̃ multæ nõ potuerũt extĩguere charitatẽ, nec flumina obruent illam.

Noua tranſlatio.

Pone me ut ſigillũ ſupra cor tuũ: ſicut ſigillũ ſupra brachiũ tuum: Quia fortis ſicut Mors dilectio: dura ſicut Infernus AEmulatio: Carbones eius, carbones ignis flãmæ fortis: Aquæ multæ non poterunt extinguere ipſam charitatem & flumina non inundabũt ipſam.

POne me ut ſignaculũ ſup cor tuũ, ut ſignaculũ ſup brachiũ tuũ: qa fortis ut mors dilectio. Ita in utraq; trãſlatiõe. In hebræo aũt ſic. Pone me ſicut ſigillũ ſup cor tuũ, ſicut ſigillũ ſup brachiũ tuũ, Quia fortis ſicut mors dilectio. Dura ſicut infernus æmulatio. Pone me ut ſigillum ſup cor tuum, & reliq. Senſus eſt. Poſteaq̃ inqt Sponſa p meis peccatis mortẽ acerbiſſimã

ſuſtinere,& pati uoluiſti:rogo te p iſtã tuã ineffabilẽ erga me charitatem, ut poſt hac ponas me ſicut ſigillũ ſupra cor tuũ, hoc ẽ, Peto abs te, ut nõ obliuiſcaris mei:quã tãto pcio redemiſti,ſed ponas me ſicut ſigillũ ſupra cor tuũ ut quẽadmodũ ſigillũ,ſiue annulus maxime adhæret digito manus,ſic &ego adhæreã maxime cordi tuo. Pone me ſicut ſigillũ ſup brachiũ tuũ.i. ſup manũ tuã:a toto intelligẽs partẽ. Et petit poni ſicut ſigillũ in manu:qſi dicẽs,ut ſicut ſigillũ,qd i manu ſemp cõſpicit:ſic & oculi tui ſemp ſint ſup me. Quia fortis ſicut mors dilectio:dura ſicut Infernus æmulatio. Sẽſus ẽ. Quia dilectio,q̃ dilexiſti me,ẽ fortis,& efficax ſicut mors,hoc ẽ,quẽadmodũ mors uincit,& ſupat oĩa.ſic dilectio tua erga me ſupauit,& uicit oĩa:& etiã ipſam mortẽ uicit. Et recte,uereq; amorẽ ſponſi Chriſti cõparat morti, ad apertius denotãdũ paſſionẽ,& mortẽ eius. Quia fortis ſicut mors dilectio:hoc ẽ,& dilectio mea rurſus erga te erit fortis, & efficax ſicut mors. Cũ nõ dubitabunt & filii mei,quos mihi ex gẽtibus daturus es p ꝯfeſſione noĩs tui ultro i oẽs cruciatus,& in mortẽ deniq; ipſam ſe exponere. Quia dura ſicut Infernus æmulatio. Quia æmulatio inqt.i.inuidia, & odiũ,quo eos principes mũdi,& hæretici pſequent,erit dura,& ptinax ſicut Infernus. Lãpades eius ut Lãpades ignis,atq; flãmarũ. Ita in latino. In græco aũt ſic. πτέρυγες αὐτῆς πτέρυγες πυρὸς φλόγες αὐτῆς,hoc eſt,uolatilia eius,uolatilia ignis flãmæ eius. In hebræo autẽ ſic. Carbones eius carbões ignis,flãmæ fortis. Pergit p eãdẽ ab infermo ſumptã trãſlationẽ ſpõſa exprimere durã pſequutionẽ catholicæ ecclĩæ dicẽs. Carbones eius.ſ.æmulationis,inuidiæ,odii; & pſequutionis Carbones ignis flãmæ fortis:hoc ẽ,Carbones fortiſſimæ flãmæ emergẽtis ex maximo robore, & potẽtia ipſius inferni. Ex qbus daſ intelligi,oẽs pſecutiões ecclĩæ,qs hactenus paſſa ẽ,& nũc patiſ,cõmotas,& excitatas eſſe ab ipõ principe inferni. Qui agit ꝯtra catholicã ecclĩam obnixe,& p uiribus p mẽbra ſua principes huius mũdi,& hæreticos. Aq̃ multæ nõ potuerũt extinguere charitatẽ, nec flumina obruẽt illã. Ita i utraq; trãſlatiõe,niſi qa in græco habeſ ſic. ὕδωρ πολὺ οὐ δυνήσεται σβέσαι τὴν ἀγάπην hoc ẽ, Aq̃ multa nõ poterit extĩguere charitatẽ: & ſimiliter i hebræo ſic. Aq̃ multæ nõ poterũt extĩguere charitatẽ:& flumĩa nõ inũdabũt ipſam. Aq̃ multæ & cæ. Sẽſus ẽ. Et ſi inqt Sponſa æmulatio, & pſecutio,quæ imminet mihi ꝓpter nomẽ tuum,erit dura ſicut Infernus: & Carbones eius carbones ignis flãmæ fortis uenientis ab inferno. Vnde oẽs pſecutiões mihi ꝯcitabũſ: nihilominus qa fortis ſicut mors mutua nr̃a dilectio ꝓpterea Aq̃ multæ,hoc ẽ,infinitæ tribulatiões,quæ uẽturæ ſunt ſup me nõ poterũt extinguere charitatẽ meã erga te:& Flumina hoc ẽ magni torrẽtes principes mũdi,& hæretici nõ inundabunt,hoc ẽ,nõ inundãdo,obruẽt illã. Iuxta quẽ ſenſum dicebat Apoſtolus ad Romanos ca. 8. Quis nos ſeparabit a charitate Xp̃i Tribulatio,an anguſtia, an fames, an nuditas, an piculũ, an gladius? ſicut ſcriptum eſt. Quia ꝓpter te mortificamur tota die:æſtimati

Digitized by Google

ſumus ſicut oues occiſionis, ſed in his oĩbus ſupamus ꝓpter eũ q dilexit nos

Vetus tranſlatio.

SI dederit homo omnem ſubſtan/tiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Soror nr̃a parua, & ubera nõ habet. Quid faciemus Sorori nr̃æ in die, q̃ndo alloquẽda eſt. Si murus ẽ, ædificemus ſup eũ propugnaclua argentea: Si oſtium ẽ, compingamus illud tabulis cedrinis.

Noua tranſlatio.

Si dederit Vir omnem ſubſtantiã domus ſuæ pro dilectione, deſpi/cere deſpicient eum. Soror nobis paruula, & ubera non ei. Quid faciemus Sorori nr̃æ in die, q dictus ẽ in ipſa. Si Murus ipſa, ædificabimus ꝓ ipã palatiũ argẽti Et ſi oſtiũ ipſa, muniem⁹ ꝓ ipã tabula cedri

SI dederit homo omnem ſubſtãtiam domus ſuæ q̃ſi nihil deſpiciet eum. Ita in utraq; tranſlatione in ſenſu. In hebræo autẽ ſic. Si dederit uir omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione deſpicere deſpicient eum. Senſus eſt. Neq; inquit per proſpera huius mundi ſeparabimur a charitate tua. Si.n. dederit uir.i. aliquis Princeps, & magnus uir, oẽm ſubſtantiam domus ſuæ filiis meis catholicis, & oẽs honores, & dignitates huius mundi, alliciens eos per ea ad negationem nominis tui, deſpicere deſpiciẽt eum, & oĩa bo/na ſua. Tantus.n. erit amor tuorũ fidelium erga te: ut neq; per aduerſa, neq; per proſpera huius mundi a confeſſione nominis tui, & a charitate tua ali/quo pacto diuelli poſſint. Soror noſtra paruula, & ubera non habet. Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt? Ita in utraq; tranſla/tione, niſi quia in græco ꝓ quãdo alloquenda eſt, rectius habet ſic. ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἂν λαληθῇ ἐν αὐτῇ hoc ẽ in die, q̃ ſermo fuerit factus ĩ ea. In hebræo aũt totũ ſic. Soror noſtra paruula, & ubera non ei. Quid faciemus ſorori nr̃æ in die, qui dictus eſt in ipſa. Soror nr̃a paruula. Hæc uerba ſunt ipſius ueteris Iſraeliticæ ſponſæ, hoc eſt alicuius apoſtoloꝝ nouæ ſponſæ Catholicæ eccleſiæ fra/tris. Qui dũ ſimul ad gentes uenire parant, inquit ille frater ad reliquos eius fratres apoſtolos de Catholica eccleſia gentium, ſic, Soror nobis paruula, & ubera non habet. hoc eſt, hæc nr̃a ſoror Catholica eccleſia eſt admodũ par/uula: Ita ut præ nimia eius paruitate ubera non habeat. hoc eſt, paruula ad/modum eſt, & nullam de Chriſto nr̃o Meſſia noticiam habet. Non.n. Pro/pheta aliquis unq̃ acceſſit ad eam, & propterea paruula eſt: & nunc primum incipiens audire Chriſtũ Meſſiam. Et ubera non habet, illud idem aliis uer/bis, hoc eſt, non habet doctrinam & ſcientiã aliquam de Chriſto Sponſo, & ideo inquit iſte frater ad cæteros ſuos fratres apoſtolos. Quid faciemus ſorori nr̃æ in die, qui dictus eſt in ea? ad nuptui tradendũ. ſ. ipſam ſponſo Chri/ſto. Si murus eſt, ædificemus ſuper eum ꝓpugnacula argentea. Si oſtium eſt, cõpingamus illud tabulis cedrinis. Ita in utraq; tranſlatione. In hebræo aũt ſic. Si murus eſt, ædificabimus pro ipſa palatium argenti. Si oſtium ipſa, muniemus pro ea tabula cedri. Si murus eſt, Reſpondens unus ex fratribus ad

Digitized by Google

prædicta dixit, Si murus eſt iſta ſoror nr̃a .i. ſi fortis erit in fide Chriſti ſicut murus. ſ. æneus, ita ut non permittat ad ſe intrare inimicos, ſed fortis, & conſtans ſicut murus, reſiſtens eis ſeruet fidem ſponſo ſuo, ædificabimus propterea ei palatiũ argenti, hoc eſt, & nos erimus ei ad gloriam, & pulchritudinem Et ædificabimus ei palatium argenti, ut in eo habitet cum ſponſo ſuo: quaſi palam diceret ædificabimus ei Eccleſiam non ex lapidibus, ſed ex argento. Vel hinc plane perſpici poteſt, quanto noua catholica Eccleſia præſtet ueteri, cum non ex lapidibus ut illa, ſit ædificata, ſed ex argento puro: ex quo denotatur magna puritas, & charitas eius. Et ſi oſtium eſt, muniemus pro ea tabula cedri. Et ſi inquit hæc nr̃a ſoror non fuerit murus æneus ad repellendum inimicos, ad ſe irrumpentes, & intrare uolentes, ſed erit oſtium, quod clauditur, & aperitur, & p ipſum inimicos ad ſe admiſerit, muniemus pro ea oſtium eius tabula cedri, ne inimici ingredi poſſint ad eã. Sic locutus iſte frater de paruula Sorore eorum: Quam nuptui Chriſto Meſſiæ tradere parabant. Et oſtium eius, ſi murus æneus non foret ad ſeruandũ fidem ſponſo, tabula cedri munire cogitabant. Per quam quidem tabulam cedri, ex quo nõ corroditur a tinea, & carie cedrus, intelliguntur doctores & ſancti eccleſiæ, (ut ſupra diximus) Qui incorrupti ab oĩbus uitiis, & peccatis per eoꝝ doctrinã, & bona exẽpla cuſtodiũt portã ecc̃liæ, ne inimici ĩgrediãt̃ & diripiãt eã.

Vetus translatio.	Noua tranſlatio:
EGo murus, & ubera mea ſicut turris: ex quo facta ſum corã eo, quaſi pacem reperiens.	Ego murus, & ubera mea ſicut turres: Tunc fui in oculis eius ſicut inueniens pacem.

EGo murus, & ubera mea ſicut Turris, ex quo facta ſum corã eo, q̃ſi pacem reperiẽs. Ita in utraq; tranſlatione. In hebræo aũt ſic. Ego murus, & ubera mea ſicut Turres: tũc fui in oculis eius ſicut inueniẽs pacẽ. Ego murus & reliq̃. Dũ ſic loquerent̃ Apoſtoli inter ſe de paruula eorum ſorore Catholica gentiũ eccleſia, quã nuptui tradere Chriſto Meſſiæ intendebant, & parabant, Audiens eos puella ſic loquentes de ſe, proſiliens in medium audacter ſic ad eos reſpondit. Quid dicitis de me, dubitantes, & ratiocinantes Si murus, & ſi oſtium? Ego murus. ſ. æneus, hoc eſt, fortiſſima contra inimicos ſicut murus æneus: & nõ oſtiũ, per quod inimici ingredi poſſint ad me Et ubera mea ſicut turres. Nec inq̃t aſſentior q̇ubera. i. lac, & ſapiẽtiã nõ habeam, ſed ubera mea ſunt ſicut turres. Et pulchre perſiſtens in tranſlatione a muro ſumpta, Cũ dixiſſet Ego murus, nunc in ea pſeuerans adiungit. Et ubera mea ſicut Turres, Vbera enim in muliere ſunt ſicut turres in magnis muris. Et per magna ubera, intelligit ſe habere multum lactis: i. doctrinæ, & ſapientiæ. Et ubera mea ſicut Turres, hoc eſt, & ſi hactenus de Chriſto nulla facta eſt mihi noticia, ita ut merito dicere poſſitis de me, Et ubera nõ habet: nihilominus per uos fratres meos apoſtolos tantum doctrinæ, & ſapientiæ ad/

eptura ſum, ut uere dicere poſſim, & ubera mea ſicut turres. Tunc fui in oculis eius, ſicut inueniens pacem, hoc eſt, fui in oculis eius fratris ſic de me locuti: ſicut inueniens pacem, hoc eſt, meum reſponſum ualde placuit ei.

Vetus tranſlatio.

VInea fuit pacifico: In ea quæ habet populos: & tradidit eam cuſtodibus: Vir affert ꝑ fructu eius mille argenteos. Vinea mea coram me eſt: mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiũt fructus eius. Quæ habitas in hortis amici auſcultant. Fac me audire uocem tuã. Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloꝗ ceruoꝝ ſuper montes aromatũ.

Noua tranſlatio.

Vinea fuit Selomoni in Bahal amon: tradidit ipſam uineam cuſtodibus: uir afferet ꝑ fructu eius mille argenteos: Vinea mea, quæ mihi ad facies meas: mille tibi Selomo: & ducenti cuſtodientibus fructus eius. Sedens in hortis ſocii auſcultantes, uocem tuam fac audire me. Fuge dilecte mi, & aſſimila te capreæ, uel hinnulo ceruorum ſupra montes aromatum.

VInea fuit pacifico, in ea quæ habet populos. Ita in latino, In græco autem ſic. ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ σολομῶντι ἐν βεελαμών hoc eſt uinea fuit Selomoni in Beelamon, & conſimiliter in hebræo ſic, Vinea fuit Selomoni in Bahal/amon. Vinea fuit Selomoni. Valde rectius uertit hæc uerba græcus interpres, Qui non mutauit nomen Selomonis, neꝗ Bahal amon, quam latinus, Qui uertit Pacifico, & in ea, quæ habet populos. Nã etſi Selomo interptet̃ pacificus, & Bahal amon dñs multitudinis. ſ. populoꝝ, Tamen quia ubiꝗ in hoc libro (ut diximus) alterũ proprium nomen eſt regis æterni, & alterũ nomẽ propriũ loci: propterea rectius græcus interpres fecit: qui ea uerba non tranſtulit, quam latinus, q Selomo uertit pacifico, & Bahal amon ad ſenſum uertit, in ea, quæ habet populos. Vinea fuit Selomoni in Bahal amon. Hæc uerba ſunt ſpõſæ Chriſti: Quæ futuræ ſuæ trãſmigrationi ab hebræis ad gẽtes deſignans locum, ad quem tranſferenda erat dicit: uinea fuit præteritum ꝓ futuro erit more prophetarum: qui ut plurimũ de rebus futuris loquũt̃ ĩ tẽpore præterito. Et ſenſus eſt, uinea. i. eccleſia: & altera Hieruſalẽ erit Selomoni IESV Chriſto non amplius. ſ. inter hebræos in terra Iſrael, ſed inter gentes. Et deſignans ſpecialem locũ, infert in Bahal amon. i. in loco, qui eſt dñs multitudinis populoꝝ. Vel (ut latinus circũſcripſit interpres,) in ea, Quæ habet populos. i. In urbe Roma, quæ eſt quam maxime populoſa, & omnes ſub ſe habens populos gentium. Et ſic ſignatiſſime ſcriptura ipſa hic dicit eccleſiã Hieruſalem tranſferẽdam ab hebræis ad gẽtes per ipſos apoſtolos ad urbem Romã: Quã appellat hebraice Bahal amon. i. dñam multitudinis uidelicet populorum. Soli n. Romæ hoc inſigne Epitheton conuenit, & nulli alteri ciuitati gentiũ. Tradidit eam cuſtodibus: uir affert pro fructu eius mille argenteos. Senſus hic eſt. Quod ipſe Selomo IESVS Chri/

Digitized by Google

ſtus tradidit ipſam ſuam uineam,quam habet in Bahal amon.i. in urbe Roma cuſtodibus.i. ſuis apoſtolis· Qui uineam ipſam cuſtodirent, & colerent, ac una cũ Petro principe eoꝝ regerent,& gubernarent. Vir afferet pro fructu ſuo mille argẽteos, hoc ẽ,unuſq́ſq; ipſoꝝ afferet de labore ſuo fructum ipſi Selomoni IESV Chriſto mille argẽteos: numerus determinatus pro indeterminato,hoc eſt,fructũ multum,ſicut & ipſe dñs dixit in euãgelio. Ego poſui uos,ut eatis:& fructũ afferatis:& fructus ueſter maneat · Vinea mea corã me eſt,mille tui pacifici,& ducenti his, qui cuſtodiunt fructus eius·Ita in utraq; tranſlatione.In hebræo aũt ſic. Vinea mea,q̃ mihi ad facies meas: mille tibi Selomo:& ducenti cuſtodientibus fructũ eius. Vinea mea,q̃ mihi & reliq̃.Poſteaq̃ dixit Sponſa Selomonẽ Xp̃m Meſſiam tradidiſſe uineam ſuã,quã habet in cõmuni ſecũ cuſtodibus,& accipere fructum mille argenteos a ſingulis eoꝝ.Ad hæc reſpondens ipſa ſponſa, pro iure ſuo dicit. Vinea mea,quæ mihi ad facies meas,hoc eſt,in ↄſpectu meo,q̃ſi diceret,& ego Sponſa nõ ſum ſic factura,ut.ſ·tradã uineam meam cuſtodibus, Sed uinea mea in ↄſpectu meo,hoc eſt,Ego ipſa cuſtodiã uineã meam. Mille tibi Selomo,& ducẽti cuſtodientibus fructũ ſuum,q̃ſi diceret,mille argentei ſint tibi Selomo,& ducenti.i.quinta pars ſecundũ morem ſit cuſtodientibus fructũ eius. Ego aũt neq; mille uelim accipere,q̃a ad te pertinent: neq; ducentos, q ꝑtinent ad cuſtodes: Sed uinea mea,quæ mihi tecũ ad facies meas, ſubaudi ſit.Ex his manifeſtũ eſt,Separari Petrũ tãq̃ principẽ a cæteris apoſtolis, q cuſtodes ſunt tantum uineæ dñi·Petrus aũt non ſimpliciter cuſtos eſt uineæ,& ouiũ Chriſti,ſed eſt & paſtor,Qui totã uineã habet in ↄſpectu ſuo:& cui ſoli traditæ ſunt oues a Chriſto ad paſcendũ, & cui ſoli traditæ ſunt claues magni ouilis cœloꝝ. Vt poſtea quã doctrina,& ſapientia pauerit oues Chriſti, tandẽ introducat eas in illud magnum & ꝑpetuum ouile regni cœloꝝ·Et ad hoc ꝑficiendum,dati ſunt ei coadiutores cæteri apoſtoli. Qui recte hic dicunt cuſtodes uineæ,& ouiũ chriſti,& nõ paſtores, ut Lutherãi hæretici garriunt. Et uineam ipſam nihilominus totam eſſe in ↄſpectu ſponſæ,hoc ẽ ipſius Petri,q ſolus paſtor eſt ouium,& nõ ſimplex cuſtos. Soli.n.Petro ter dixit Dñs,Paſce oues meas. Qui habitas in hortis,amici auſcultant·Fac me audire uocem tuã· Sic in oĩbus tribus linguis in ſenſu. Quæ habitas in hortis, & reliq̃.Properãs tãdẽ ad ↄcluſionẽ totius ſermonis Chriſtus inq̃t, Quæ habitas in hortis,hoc eſt,O ſponſa,quæ habitas in hortis, hoc eſt,quæ habitatura es in hortis.i·inter gentes quæ diuiſæ ſunt in plures hortos. i·in plures deoꝝ cultus: Socii auſcultantes,uocem tuam fac audire me,hoc eſt,Socii angeli,& comites mei auſcultant.ſ.te loquentem,& auſcultando mirũ in modum delectantur uerbis tuis: propterea uocẽ tuã audire me fac: q̃ſi diceret· Pete a me quodcũq; uolueris,& fiet tibi a me· Tunc reſpondens ſponſa,& faciens petitionẽ ſuam dixit·Fuge dilecte mi,aſſimilare capreæ,hinnuloq; cer

Digitized by Google

uoꝝ ſuper montes arómatum,ſic in omnibus tribus linguis in ſenſu.hoc eſt fuge dilecte mi.ſ.ab iſtis tuis comitibus angelis,& aſſimila te capreæ hinnuloq; ceruoꝝ in curſu.ſ.& deſcende ſupra montes aromatum, hoc eſt,ad me in Hieruſalem,ubi ſunt montes aromatum mons Moriah.ſ.ſupra quem oblatus fuit pater noſter Iſaac a patre ſuo Abraam, & ubi ædificatum fuit templum domini: & ubi ſunt & cæteri montes in circuitu Hieruſalem,qui propter Sacrificia, & gloriam domini:quæ habitabat in ea,dicebantur montes aromatum:fuge ergo inquit Spõſa o dilecte mi ab angelis, & ueni ad me in Hieruſalem,ubi operaturus es meam ſalutem. Quã pius ille deus, & homo Selomo IESVS Chriſtus Meſſias filius beatiſſimæ Mariæ Virginis,pro cuius laude,& gloria tantum ſuſcepimus laborem,nobis tribuat & in præſenti & in futuro ſeculo.Amen.

Laus DEO Finis.

Corrigenda & reponenda.

In ſecundo cap.in cõmẽto aſſumptus erat,ꝑ aſſumpturus erat

In.4.cap.in noua tranſla.& in cõmento,lege, Dentes tui ſicut grex æqualiter inciſarum, & non ſicut gregis,neq; greges, ſed ſicut grex.

In cap.5.Capillus tuus ſicut gregis caprarum: lege ſicut grex caprarum & in textu & in cõmẽto.

In.6.cap.in cõmento:eccleſiaſtes cap.30.lege Prouer.cap.30.

In.7.cap.in noua tranſla.Quid reſpicies, lege quid reſpicietis, & in cõmento uidebitis, lege reſpicietis.

Expliciunt feliciter Noua Commentaria, ſuper Canticum Canticorum Selomonis, Nuper edita, per Agathium Clericum,In Romana Academia Linguæ Hebraicæ Græcæq; ꝓfeſſorem eximium. Impreſſa p Antonium de Bladis de Aſula, Anno Domini.M.D.XXIIII. Die.xxv. Iulii. S.D.N.CL.Dei Gratia Papæ.vii.Anno primo.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google